SPECIMEN PHILOLOGICUM INAUGURALE

DE

FIDE ANDOCIDIS ORATIONIS DE MYSTERIIS.

SPECIMEN PHILOLOGICUM INAUGURALE

DE

FIDE ANDOCIDIS ORATIONIS DE MYSTERIIS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IOANNIS DE WAL,

IUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

SAMUEL ADRIANUS NABER,

HAGANUS.

DIE XII M. DECEMBRIS A. MDCCCL, HORA I.

IN AUDITORIO MAIORI.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ILLINOIS

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD IAC^{M}. HAZENBERG CORNELII FIL^{M}.

BIBLIOPOLAM.

EX TYPOGRAPHEO I. G. LA LAU.

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS.

Ὕστερον ἔξεσται μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ.

Thuc. VIII. 53.

PRAEFATIO.



Academiam Leidensem relicturo, quum studiorum specimen mihi edendum esset, diu quaesivi aptam materiam elaborandam; tandem quasi sponte sua argumentum sese mihi obtulit, de quo in sequentibus disputavi. Nil mihi restat, quam, ut dulci dicam an inviso valedicendi munere perfungar; utrumque enim mira quadam ratione coniungitur in gratis pariter atque in ingratis.

Primus igitur Tu mihi compellandus es, Clarissime BAKE, *Promotor aestumatissime, quem, quum ante hos quinque annos primum cognovi, statim ita admiratus sum, ut ii solent, qui Tua merita de litterarum republica vel obscuro animi sensu persentiscunt potius quam intelligunt. Qua benevolentia me prosecutus es, huius et haec dissertatio haud uno in loco exhibet documenta manifesta. Lubens hac opportunitate utor et declarandi Tibi gratum animum et enixe obsecrandi, ne in posterum studiorum viae atque rationis dux esse desinas.*

Sed sunt et alii, qui eo erga me animo fuerunt, ut probe teneam, me frustra anniti, ut aliquando talis evadam, qualem talis cura efflagitat.

Quam benigne semper me exceperis, Clarissime COBET, *ex quo die Tu Te meae adolescentiae ductorem et praeceptorem professus es, numquam ex animo elabetur: quanto enim litterarum amore, quo et Ipse ardes, statim me imbueris, tum praecipue recordor, cum cogito, quam saepe*

tardiorem incitaveris, a recta via aberrantem me nimio saepe reduxeris.

Neque nunc Te praeterire licet, Clarissime RUTGERS, *qui tanta comitate atque humanitate Indicas litteras docuisti me, ut subinde poetae in mentem veniret, cum tantopere laudat ingenuarum artium disciplinam. Nam et hoc verissime de Te licet praedicare, neminem umquam a Te discessisse nisi meliorem.*

Verum doleo, Clarissime KAISER, *non nisi ultimum locum Tibi relinqui, ubi stet hoc grati animi publicum documentum. Iucunda haec mihi est recordatio, Te ea cura studia rexisse iuvenis, a Tua disciplina alieni, ut vel is, qui totus se daret iis, in quibus regnas, pulchre de se actum esse merito putaret. Sed non tantum Te cognovi Astronomiae interpretem, verum, quod non pluris quidem facio, sed in tanto Viro magis admiror, amicum me et familiarem esse iussisti. Quod quanti faciam, ex hoc maxime apparere poterit, quod, dum licebit, numquam Te colere cessabo; is nempe es, quem numquam valetudo avertit a studiis, neque studia ab eorum communicatione.*

Vos quoque, Ceteros quos habui in nostra Academia praeceptores, ita erga me fuistis, ut, nisi superiores illos cognossem, facile induxissem mihi in animum, tales vos fuisse, quales nullo iure optare licuisset, aut verisimilitudine quadam exspectare.

Denique, quos Commilitones habui Amicissimos, quibuscum Leidae degi annos complusculos atque haud scio an totius vitae humanae iucundissimos, spero fore, ut nonnumquam mei recordemini, nec temporis, quod simul transegimus, cito evanescat memoria.

Valete.

Scr. Hagae Comitis m. Dec. MDCCCL.

INTRODUCTIO.



Priusquam ipsum huius opusculi argumentum aggredior, paucis explicandum videtur, qui factum sit, ut Andocidem potissimum tractandum mihi sumerem. Scilicet vereor, ne arrogans habear, quod disputare constituerim de quaestionibus, quae ob monumentorum penuriam, si quae aliae, intricatae et difficiles videbuntur esse. Sed fortuna fecit, ut inciderim in ea, quae, difficultatibus cognitis, numquam elaborare ausus fuissem.

Biennium fere est, ex quo prodiit A. HECKERI, viri doctissimi, disputatio: *de Oratione in Eratosthenem Trigintavirum Lysiae falso tributa* [1]). In qua cum alia ingeniose disputata videbantur, tum hoc maxime mirabar, quod ad calcem Heckerus addidit: „Antiphonteae omnes et omnes pariter Andocideae spuriae sunt." Recens eram ab utriusque lectione, nec multum curabam Antiphontem, qui mihi taedium et fastidium crearat; sed Andocidis

[1]) Adversarius huic opinioni exstitit R. RAUCHENSTEIN v. cl. in *Zeitschrift f. d. Alterthumswissenschaft*, 1849. N°. 44 et 45. Cui sane concedendum est, multa accuratius investiganda remanere in HECKERI Commentatione.

Orationes statim intellexeram maximi pretii esse ad historiam et antiquitatem cognoscendam, si modo ubique fide dignae essent. Qua de re dubium subnascebatur, confirmatum auctoritate tanti viri, cum praesertim Oratorem nostrum in multis rebus a ceteris scriptoribus discrepare animadvertissem. Rem accuratius investigare coepi: notulae crescebant sensim paulatimque; tandem illas haud ineptum dissertationis argumentum putavi. Absolvi inchoata, digessi absoluta: tandem prodiit haec disputatio, in qua probare conabor *Andocidis Orationem de Mysteriis vix adhiberi posse ad historiam et antiquitatem cognoscendam.* Lubens ceteras quoque Orationes tractassem, sed tempus defuit.

Vereor ne haec mea sententia inconsiderate posita videatur in ipso opusculi mei introitu. Quam ob rem haud alienum puto apponere verba KRÜGERI v. cl.: „*Ueberhaupt darf man bei historischen Angaben Niemanden weniger trauen als dem Andocides*" [2]).

Frustra sperarem me ubique VV. DD. sententiam meam probaturum esse, sed hoc, ni fallor, consequar, ut de pluribus rebus accuratior instituatur inquisitio, quam hucusque facta est. Ridiculus enim forem, si putarem, nullam, quam proposui, difficultatem solvi posse. Valde enim vereor, ne interdum nodum quaesiverim in scirpo.

Quaeretur fortasse ex me, quidni Orationem Andocidi abiudicaverim, cum tales errores, qui quidem tales mihi videantur esse, Andocidi tribui non possint, cui, cum pro capite diceret, multa liceret amplificare aut minuere, prouti causa postulabat, non vero audacter mentiri. Et sane satis propensus sum ad hanc opinionem amplectendam. Quod quominus iam nunc facerem, prohibuit me, quod probe teneo, nullam Orationem auctori qui nempe

---

2) Krüger, bei A. G. Becker, Andokid. übers. u. erläutert, p. 263.

creditur esse, abiudicari posse, nisi et sermonis indoles spectetur. Quod feci hic et illic, ut apparebit, sed obiter tantum. Res quam lubrica sit ex HECKERI exemplo cognoram. Praeterea requireretur sermonis Graeci accurata notitia, neque minus ingenii maturitas quaedam et perfectio, quam nemo in iuvene postulabit. Hoc igitur nunc mitto: eo fortasse redibo in posterum: plura enim iam collegi quam dabo.

De divisione opusculi mei nihil dicam, cum ratio in aprico sit. Attingam in primo capite quaestionem de Andocidis anno natali; in reliquis Orationem de Mysteriis quasi perpetuo commentario illustrabo.

Restat, ut hoc unum addam. Maiorem partem huius dissertationis iam absolveram, cum incidi in haec verba RAOUL-ROCHETTE v. cl.: „*L'envie de trouver en défaut les monuments ou l'histoire, cette envie qui se prend chez certaines gens pour de la critique, n'est bien souvent en eux que de l'ignorance.*" Quae verba fecere, fateor, ut ferme poeniteret me tale argumentum elegisse. Quodsi vero haec animadversio in me cadat, veniam commissi rogo: non nisi eos nodos reliqui, quos probabili ratione solvere non poteram. Hi vero tales et tanti videntur, ut etiam de fide earum rerum ceteroquin incognitarum, quas tradit Andocides, merito possit addubitari.

CAPUT I.

DE ANNO NATALI ANDOCIDIS.

Cum annotationes meas digerere inciperem, multum dubitavi de ratione, qua eas proponerem. Scilicet, ut fit, satis multa collegeram, eaque modico volumine, ut scriptiones Academicae esse solent, complecti volebam. Quod sane facili negotio facere potuissem, si tantummodo scribere voluissem iis, qui Andocidi aliquam operam dedissent. Sed haec non placebat ratio. Contra si omnia ea repetere vellem, quae apud varios scriptores iam vere disputata essent, praeter modum crescere necesse erat hocce volumen. Mediam quamdam viam elegi, ita ut lectores mihi fingerem, qui familiaritatem quamdam cum Andocide contraxissent, nec ignorarent praecipuas quaestiones cum hoc Oratore coniunctas. Ignoscat igitur, velim, benevolus lector, si saepius obscurus factus sim, brevis esse laborans, ut ait ille. Cogitent porro, quaeso, quam difficile sit, putidum non videri intelligentibus, et perspicuum iis, qui diversum litterarum disciplinae campum colunt. Equidem eum cursum tenebo, qui C. Lucilio probabatur, ut refert Cic. de Orat. II. § 25: *Persium non curo legere, Laelium Decimum volo.* Atque haec hactenus.

Ubi duo scriptores sibi repugnantia tradunt, exstat facillima ratio, qua eos conciliemus. Dicendum nempe est utrumque accidisse, sive simul, sive alio tempore. Quo v. c. tempore, alter dixit regnasse *Titium*, alter scripsit regnasse *Maevium*. Igitur, contendunt, per hoc tempus, *Titio* fuit abrogatum imperium, mox restitutus est. Aut etiam sic: itaque pari iure uterque regnavit. Et sic sane argute disputari potest, uti v. c. fecit Bergkius de Nicomacho [3]). Quid vero accidit in Andocidis vita constituenda?

De ea tradiderunt multi neque tamen optimae notae scriptores, de quorum singulorum fide, quid sentiam, dicam ubi ad eos pervenero. Saepe repugnantia tradunt. Haec conciliarunt quum alii, tum novissimus A. G. Beckerus [4]), ita tamen ut nihil *semel* Andocides fecisse censendus sit; sic *ter* fuit exsul, *ter* Athenas rediit, *quattuor* ἐνδείξεις contra eum sunt institutae, *ter* fuit in Cypro; tum Citii regem, tum Salaminis ab se alienavit. Quem ut postea amicum habeat, necesse est cum illo redierit brevi post in gratiam. Varias adiit regiones, et quidem easdem *bis:* nempe has tamquam legatus, illas tamquam exsul.

Itane verisimile? Hoccine admittetur? Sed, fateor, sic fieri *potuit:* itaque haec iam mitto et propero ad certiora.

Nullum fere est scribendi genus, quod posteriores imitando non expresserint ita, ut hodie etiam decipiamur; sed non novi aliud scribendi argumentum, in quo fraus facilius latere potuerit quam in Oratorum actionibus. Cum enim in Rhetorum scholis, inde a Gorgia et Antiphonte, discipuli, exercitationis causa, declamitare solerent, magistri exemplo praeirent, hae declamationes saepe orationum genuinarum nomen ementiri potuerunt et ementitae

3) Post Andocidis Oratt. ed. Schiller.

4) In opere: Andokides übers. u. erläutert. Quedlinb. 1832.

sunt; non solum enim ficta crimina exornari solebant; sed saepiuscule in his Declamationibus principes qui fuerant in rep. viri exagitabantur; saepe conscribillabantur oratiunculae, quae celeberrimis Orationibus, Demosthenis v. c., pro deuterologiis et tritologiis essent [5]). Quae res quantas dederit turbas, dici vix potest, non solum tempore Grammaticorum Alexandrinorum, sed etiam antea, ita ut et Plutarchus nonnumquam se decipi passus fuerit, quod ni fallor usu venit in Oratione, quae credebatur Andocidis contra Alcibiadem [6]). Κρίσεως antiquitus institutae memorabile exstat exemplum in *Dionysii Halicarnassensis Iudicio de Dinarcho.* Rhetorum fraus quousque processerit, videre licet in Lysia, cuius Dionysius et Caecilius superesse putarunt Orationes CCXXX, cum circumferrentur CCCCXXV [7]). Unde satis patet, fallaci argumento Ruhnkenium v. cl. usum fuisse, cum contenderet genuinas esse Antiphontis Orationes, quia sine fraudis suspicione a Grammaticis laudarentur [8]). Accedit, quod ex Orationibus in universum, non nisi caute et prudenti interpretatione historia et antiquitas cognosci possint; quod probo tum Ciceronis iudicio de Graecis Oratoribus [9]), tum titulo operis Caecilii Calactini: *περὶ τῶν καθ' ἱϛορίαν ἢ παρ' ἱϛορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσιν* [10]). Inde etiam pate-

[5]) Cf. F. A. Wolf, Praef. ad Dem. Lept. init. Postea vidi horum plurima iam accurate pertractasse M. H. E. Meierum in Comm. I. de And. Orat. c. Alcib.

[6]) Orationem spuriam esse neminem latebit, qui conabitur tempus definire, quo habita sit. Quam quaestionem nescio quo modo non attigere Taylorus, Valckenaerius, Ruhnkenius, qua de re conferendus est Meier in Commtt. de hac Orat.

[7]) Ps. Plut. Vit. X. Oratt. p. 836 A.

[8]) In dissert. P. van Spaan de Antiphonte, in Ruhnk. Opusc. Leid. 1807. p. 245.

[9]) Cic. de Orat. I. § 198, cf. § 253.

[10]) Cf. Suid. in v. *Καικίλιος*. Eudoc. in Villois. Anecd. I. p. 268. Tayl. Praef. ad Lys. VII. Nolo uti titulo cuiusdam *Harpocrationis* operis: *περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ῥήτορσιν ἠγνοῆσθαι*, antequam refutata erit speciosa Meieri coniectura: *ἐν τοῖς ῥ.* Cf. Comm. de And. Orat. c. Alcib. VI. 1. p. VI.

bit, ni fallor, Orationem non posse notari obelo, quia hic et illic historia aut antiquitas perperam explicatur. Quod nemini mirum esse poterit, cum hae Orationes aut in foro habitae sint, aut in „mobili Atheniensium turba". Atque tot et tantae difficultates nos obruunt.

Quid vero hoc ad Andocidem? Nempe haec in universum disputavi, ut quid de his rebus sentiam intelligeretur. Fusius qui haec explicaverit novi neminem; libens facerem ego, sed opportunitas deest. Quod doleo, quia nubem errorum inde ortam video, quod haec non recte teneantur. Ex iis autem, quae supra magis affecta sunt, quam disputata, etiam hoc apparebit, quam lubricam rem attigerim. Quo magis dignus sum, cui errores condonentur.

Ps. Plutarchus [11]) Andocidem natum esse tradit Ol. LXXVIII. 1. archonte Theagenide. Oratio de Mysteriis habita est Ol. XCV. 1. (cf. § 132) archonte Lachete: itaque tunc Andocides annum agebat 68^{vum}. Quod absurdum esse bene demonstravit Vaterus [12]), tum aliis argumentis, tum vero hoc, quod adducam, quia lepidum est. Andocides in hac Oratione, § 148, septuagenarius scilicet, sic loquitur: *τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν. ἀλλὰ τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσὶν. ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται.* Vaterus p. 41 probare conatur Andocidem natum esse Ol. LXXXIV. 3; et concedendum est hoc flagitari, si genuina est quae fertur Lysiae Oratio c. Andocidem. Hanc vero suppositiciam esse unusquisque agnovit post Sluiterum [13]), cum et antea dubitaretur. Videat igitur Vaterus ne tota disputatio cum huius Orationis fide corruat. Fieri enim

---

11) Vita X. Oratt. p. 835 A.

12) Rerum Andocidearum partic. I. Berol. 1840. Non puto plures prodiisse.

13) Lectt. Andocid. p. 166 seqq. A. G. Becker Andokid. p. 5.

potest ut vera tradat, certum est minime. Nos quaestionem potius sic ponamus: *eruatur Andocidis annus natalis ex indubitatae fidei scriptoribus.*

Solus diserte memoriae prodidit Andocidis annum natalem *Ps. Plutarchus* in Vit. X. Oratt. ll. Cui tamen fides non habenda est, quia, etiamsi vel maxime ipse Plutarchus hanc farraginem composuisset, quod tamen A. G. Beckero minime concedo [14]), nunc tamen in censum venire non posset, cum Andocidis Orationes in crisin vocantur, quia ipse iis ipsis Orationibus usus est. Dicit enim in fine vitae: Δηλοῖ δ' ὁ Ἀνδοκίδης περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις, οἷς ξυγγέγραφεν.

Eandem opinionem amplectebatur, ni fallor, *Dionysius Halicarnassensis*, quippe qui eum aequalem tradit fuisse Antiphonti, Lysiae, Thucydidi [15]). Hi enim nati sunt Ol. LXXV. 2.; Ol. LXXX. 3.; Ol. LXXVII. 2. [16]). Andocides autem natus esse creditur Ol. LXXVIII. 1.

Eum vero fuisse aliquanto iuniorem, ex hoc fit *verisimile.* Pater eius, Leogoras, perstringitur ab *Aristophane* Ol. LXXXIX. 1 et 2. [17]), a *Platone* Ol. XCI ineunte [18]), quin et Ol. XCII. 1. ab *Eupolide* in altera Autolyci recensione [19]). Ol. XCII. 1. Andocides annum egisse traditur 56tum, pater egit igitur minimum annum 77mum. Quod quam parum verisimile sit, nemo non videt, qui mores Leogorae cogitat.

---

14) Andokid. übers. p. 111. Neque aliter Meier. in Comm. IV de And. Orat. c. Alcib. ad quam lectorem lubens ablego.

15) Dion. Hal. de Thuc. p. 941. Reisk.

16) E Clintoni computatione.

17) Arist. Nubb. 109. Vespp. 1269.

18) Cob. Plat. Com. Rel. p. 173.

19) Huic anno haec fabula assignatur a Meinek. Hist. Crit. Comm. Gr. p. 118. Vaterus ll. p. 28. promittit, se probaturum fabulam actam fuisse Ol. XCIII. 3. Sed quam indicat prodituram esse commentationem de Xenophontis Convivio in Zimmermanni Diario, frustra quaesivi.

In altero bello Corcyraeensi, quod accidit Ol. LXXXVII. 1, *Thucydides* I. 51. tradit praetores fuisse Glauconem et Andocidem. Dubitatum est inter VV. DD. num Orator an eius avus intelligendus sit[20]). Attamen fortasse hac praetura uti possemus ad nostrum propositum, si modo vera esset. Scilicet neque Orator neque avus praetor fuit in hoc bello, nam Andocidis nomen corruptum est. Exstat enim apud RANGABÉ, *Antiquités Helléniques*, inscriptio, quam exscribam, quia liber in paucorum manibus esse solet. Locum debeo v. cl. BAKE, librum ipsum Academiae Bibliothecae. Legitur p. 170. N°. 115. inscriptio, continens impensa facta in utroque bello Corcyrensi. Altera pars sic audit.

ἐπὶ Ἀψευδοῦς] ἄρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς
ᾗ Μεταγένης] Φαεινοῦ Τειθράσιος πρῶτος ἐ
γραμμάτευε. ταμ]ίαι ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀ
θηναίας . . . . .]ης Ἐρχιεὺς καὶ χσυνάρχον[τ]
ες οἷσ Εὐθέας Αἴ]σχρονος Ἀναφλύςιος
ἐγραμμάτευε παρέ]δοσαν ςρατηγοῖς εἰς Κόρ
κυραν τοῖς δευτέρ]οις ἐκπλέουσι, Γλαύκωνι
. . . . ἐνει Κοιλεῖ, Δράκοντι
. . .   . ἐπὶ τῆς Αἰαντίδος πρυτανείας
πρώτης πρυτανευούσης] τῇ τελε[υταίᾳ ἡμέ
ρᾳ τῆς πρυτανείας ΔΤΤ.]

De ratione qua Rangabé lacunas supplevit non agam. Hoc tantum videtur observandum. Metagenis nomen sumsit ex Inscript. N°. 114, quae mihi suspectae fidei videtur. Nomen enim γραμματέως τῆς βουλῆς huius anni exiit in δης, ut patet e Böckh. C. I. Gr. I. N°. 74.

Hoc bello praetores igitur fuere, non Glaucon et An-

---

20) Ruhnk. Hist. Crit. Orat. Gr. p. L sq. Sluit. Lectt. Andocidd. p. 14. Vat. II. p. 21 sq. Meier. in Comm. III. de And. Orat. c. Alcib.

docides, sed Glaucon, Dracon et tertius quidam κοιλεὺς (nova forma pro ἐκ κοίλης), cuius nomen exiit in ἐνης. Frustra nomen supplere tentavi. Praeter Archinum et Leptinem neminem novi ex hoc pago. Satis bene conveniret nomen Demosthenis, Alcisthenis aut Antigenis. Sed Demosthenes et Alcisthenes fuere ἀφιδνῆς [21]), Antigenes ἀναγυράσιος [22]).

Nomen igitur Andocidis apud Thucydidem corruptum est: errorem non fuisse ipsius Thucydidis ostendam capite sequenti.

Sed prodeat tandem is, qui certa nos docere poterit. *Androtionis* fragmentum [23]) servatum est hoc: τῶν ι' ϛρατηγῶν τὰ ὀνόματα κατ' Ἀνδροτίωνα· Σωκράτης ἀναγυράσιος, Σοφοκλῆς ἐκ κολωνοῦ ὁ ποιητὴς, Ἀνδοκίδης κυδαθηναιεὺς, Κρέων σκαμβωνίδης, Περικλῆς χολαργεὺς, Γλαύκων ἐκ κεραμέων, Καλλίϛρατος ἀχαρνεὺς, Ξενοφῶν μελιτεύς. Locus mutilus est, nam octo tantum praetores nominantur. Pertinet autem ad bellum Samium, quod probabiliter assignatur Ol. LXXXV. 1. Sed requiruntur praeterea duo praetores, quos nullo negotio supplebimus. Dicitur enim Nicias simul cum Sophocle praetor fuisse [24]). Verosimiliter fuit ἀχερδούσιος [25]). Alter est Thucydides. Auctor enim vitae Sophoclis dicit eum ϛρατηγίας ἀξιωθῆναι σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ. Videtur fuisse ἀλωπεκῆθεν [26]). Memoratur a Thucydide I. 117.

---

21) Rangab. Antiqq. Hell. p. 176.

22) Thuc. II. 23. coll. Androtionis fragmento, quod mox laudabo.

23) Apud Schol. Aristid. p. 485. 28. Dind. Scio quidem dubitatum fuisse de fide Androtionis, cf. Ael. Var. Hist. VIII. 6. Paus. VI. 7; sed hoc flocci non facio.

24) Plut. Nic. 15.

25) Dem. Mid. § 168. ubi νικήρατος ἀχερδούσιος et de eo loco Cob. Prosop. Xen. p. 43.

26) Plut. Pericl. 11. Schol. Arist. Vespp. vs. 947. Huc non trahendus est Marcell. de Vit. Thuc. § 28. τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητὴς τῶν

Quae ne temere disputata videantur, apponam nomina omnium praetorum, adiecto nomine tribus:

α′.	Σωκράτης ἀναγυράσιος[27]	e tribu		Erechtheide.
β′.	Σοφοκλῆς ἐκ κολωνοῦ	„	„	Aegeide.
γ′.	Ἀνδοκίδης κυδαθηναιεύς	„	„	Pandionide.
δ′.	Κρέων σκαμβωνίδης	„	„	Leontide.
ε′.	Περικλῆς χολαργεύς	„	„	Acamantide.
ς′.	Γλαύκων ἐκ κεραμέων	„	„	Acamantide.
ζ′.	Κάλλιςρατος ἀχαρνεύς	„	„	Oeneide.
η′.	Ξενοφῶν μελιτεύς[28]	„	„	Cecropide.
θ′.	Νικίας ἀχερδούσιος	„	„	Hippothoontide.
ι′.	Θουκυδίδης ἀλωπεκῆθεν	„	„	Antiochide.

Revera duo nomina excidisse *in fine*, patet e certo ordine tribuum[29]. Nona tribus, Aeantis scilicet, omittitur; Acamantis contra bis nominatur. Quod quomodo explicandum sit, nescio. Sunt qui putent Periclem extra ordinem fuisse creatum, ita ut revera undecim essent praetores[30]. Quam sententiam probare nequeo, tum quia Sophocles et Pericles συςρατηγεῖν dicuntur[31], tum quia Thucydides I. 116 diserte tradit bellum fuisse gestum, δεκάτου αὐτοῦ ςρατηγοῦντος. Quae verba et Aristides II. in usum suum convertit: ἐπὶ μὲν Σάμῳ δέκατος αὐτὸς ςρατηγῶν.

δήμων ἀχερδούσιος, οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι. Satis erat, opinor, unius poetae in praetorum collegio. *Γαργήττιος* dicitur apud Schol. Aristoph. II. Historicus fuit ἁλιμούσιος. Cf. Fabr. Bibl. Gr. II. 25. 9.

27) Philosophus fuit ἀλωπεκῆθεν. Plat. Gorg. p. 495. D.

28) Historicus fuit ἐρχιεύς. Cf. Diog. Laert. II. 6. 48.

29) Cf. Cors. F. A. I. p. 114—185. Hermann. Staatsalterth. § 111. 2.

30) K. O. Müller, Gött. Gel. Anz. 1828. II. p. 1367 sq. *Der Oberfeldherr wurde ohne Rücksicht auf die Phylen ausserordentlich dazu erwählt. Hier fehlen die drei letzten Phylen; zwei sind ausgefallen, der dritte blieb wahrscheinlich wirklich zurück, um für die Verwaltung des Kriegswesens in der Heimath zu sorgen.* L. Ross, die Demen von Attika, p. 10 sq.

31) Plut. Pericl. 8.

Bellum Samium gestum esse dicitur Ol. LXXXV. 1., non potest igitur cogitari de Oratore, quippe qui tum trigesimum annum nondum expleverat. Avus igitur cognomen hoc anno praetor fuit. Praetorum autem *Sophocles* erat natu maximus [32]). Hic vero natus est Ol. LXXI. 2.; avus igitur Andocidis non potuit natus esse ante Ol. LXXI. 3., neque Leogoras ante Ol. LXXVI. 4. aut Andocides ante Ol. LXXXII. 1. Pone vero quod verisimilius est: Leogoras tunc natus esse habeatur circa Ol. LXXVIII. 1., Andocides circa Ol. LXXXIV. 2.; quod egregie convenit cum Vateri computatione, ex qua patebat Andocidem sequenti anno editum esse.

Requiritur fortasse nonnihil in hac disputatione. Desideratur v. c. ipsius Periclis anni natalis accuratior definitio, quam eadem ratione consequi licet. Perhibetur enim natus esse inter Ol. LXX et Ol. LXXII. 4 [33]). Sed hoc ab nostro proposito alienius putavi. Sed etiamsi Plutarchi locus aliter explicandus foret, si v. c. non omnes praetores adfuissent ea, quam memorat, occasione (sed totius loci ratio id vix pati videtur), si *tertius* quidam Andocides intelligi deberet, quamquam exempla duorum hominum cognominum simul et contribulium hucusque mihi inaudita sunt, praeterquam in avo et nepote; tamen sic statui posset: apud reliquos scriptores contrarium non traditur; contenti igitur esse possumus eo, quod orationes flagitant omnes, neque Ps. Plutarchi loco abutendum est, ut hac in re Orationum an Declamationum fides convellatur. Porro tenendum est in Androtionis loco necessario fere avum intelligi, hunc vero vix potuisse agere tunc temporis plus quam 54 annos, uti in calculo supra sta-

32) Plut. Nic. 15. Annus tamen, quo hoc bellum gestum est, non liquido constare videtur.

33) W. C. L. Clarisse, de Vita Periclis, p. 10.

tuimus; sed hoc posito, Andocides vix potest natus esse ante Ol. LXXXIV. 3.

Disputationem meam iam perduxeram ad finem, cum BAKE v. cl. qua est humanitate, mihi usurpandas concessit Meieri v. cl. Commentationes de quarta Andocidis Oratione, quas ob singularem doctrinam doleo, me antea non cognovisse. Attigit hanc quaestionem in tertia commentatione, sed, cum Vaterus eum in plerisque secutus fuerit, non opus fuit aliquid immutare.



CAPUT II.

ANDOCIDIS ORATIO DE MYSTERIIS.

§§ 1—69.



Etiamsi Andocidis Orationes spuriae sunt, quam opinionem lubens amplectar, nisi valide refutatur, concedet tamen, ni fallor, unusquisque, auctorem fuisse virum eruditum, Graece satis doctum, educatum in Rhetorum scholis, quique multa memoriae prodiderit, quae nunc aut ignorantur monumentorum interitu, aut de quibus propter grammaticorum et librariorum errores titubare solemus. Cuius rei quum alia argumenta in sequentibus exhibebo, tum nunc statim addam duo, quae iam patuere e praecedenti capite. Cum haec oratio conscriberetur, Thucydides nondum inquinabatur eo vitio, quod notavi: praeturam enim Andocidis praeterire non licebat eo loco, ubi agit Orator de gentis suae meritis erga remp. [34]).

[34]) De Mystt. § 106. De Red. § 26. Meierus qui dimidium veri vidit: »Tacens Andocides disertius loquitur contra se, quam mille testes e farina Pseudo-Plutarchi pro ipso loqui possunt." (Comm. 3. p. IV. de And. Orat. c. Alc.)

Alterum hoc est: Andocidis annum natalem auctor cognorat e melioribus subsidiis; error enim apud Ps. Plutarchum non cadit in librarios, sed in ipsum auctorem; (arguit adiectum archontis nomen) neque verisimile est Oratorem eadem ratiocinatione, qua nos, verum invenisse.

Sed fac, eum multa vere et accurate tradere, quae nunc ignorentur: apparebit tamen e sqq., ni fallor, eum in multis quoque turpiter errare: quomodo igitur in historia et antiquitate cognoscendis nostra Oratione uti poterimus? Ad confirmandas res, quae ceteroquin liquido constant, „tali auxilio" non opus est: de iis autem, quae apud alios nusquam exstant, sciri non potest, utrum vera tradat. Concedo tamen inesse orationi nonnulla, quae etiamsi ceteroquin ignorentur, tamen perquam sint verisimilia, et de quibus non dubitandum videatur. Sed pergendum est.

Ac iam statim in ipso Orationis exordio gravissima oritur suspicio. Quae verba in ipso initio posita sunt, aptum et aliis Orationibus praebuisse exordium iam monuit Ruhnkenius [35]). Sed sicuti in alia Oratione Orator Aeschinem compilavit [36]), sic h. l. Lysiam imitari videtur. Apponam utriusque verba.

And. Orat. de Mysteriis.	*Lysias de Bon. Aristoph.*
§ 1. Τὴν μὲν παρασκευὴν, ὦ ἄνδρες, καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν .... σχεδόν τι πάντες ἐπίςασθε .... ἐγὼ δ' ὦ ἄνδρες, δεήσομαι ὑμῶν δίκαια καὶ ὑμῖν τε ῥᾴδια χαρίζεσθαι καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχεῖν παρ' ὑμῶν.	§ 2. τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν καὶ προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν ὁρᾶτε .... αἰτήσομαι οὖν ὑμᾶς δίκαια καὶ ῥᾴδια χαρίσασθαι.

35) Hist. Crit. Or. Gr. p. XL.

36) Orat. de Pac. §§ 3—9. coll. Aesch. F. L. § 172—176.

§ 6. αἰτοῦμαι οὖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ τῷ ἀπολογουμένῳ ἢ τοῖς κατηγόροις, εἰδότας ὅτι κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἀνάγκη τὸν ἀπολογούμενον ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύσαντες καὶ συνθέντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο· ἐγὼ δὲ μετὰ δέους καὶ κινδύνου καὶ διαβολῆς τῆς μεγίςης τὴν ἀπολογίαν ποιοῦμαι. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐςὶν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις. 7. ἔτι δὲ καὶ τόδε ἐνθυμητέον, ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν ψευδόμενοι οὕτω φανερῶς, ὥσθ' ὑμᾶς πολὺ ἂν ἥδιον δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν κατηγόρων ἢ παρὰ τῶν κατηγορουμένων· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ, ἀδίκως ἀνθρώπους ἀπολέσαντες, ἑάλωσαν παρ' ὑμῖν ψευδομαρτυριῶν, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν ἔτι πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὁπότ' οὖν ἤδη πολλὰ τοιαῦτα γεγένηται, εἰκὸς ὑμᾶς ἐςὶ μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους πιςοὺς ἡγεῖσθαι. εἰ μὲν γὰρ δεινὰ κατηγόρηται ἢ μή, οἷόν τε γνῶναι ἐκ τῶν τοῦ κατηγόρου λόγων· εἰ δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἐςὶν ἢ ψευδῆ, οὐχ οἷόν θ' ὑμᾶς πρότερον εἰδέναι πρὶν ἂν καὶ ἐμοῦ ἀκούσητε ἀπολογουμένου.

§ 3. ἀνάγκη γὰρ τὸν ἀπολογούμενον, κἂν ἐξ ἴσου ἀκροᾶσθε, ἔλαττον ἔχειν. οἱ μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ χρόνου ἐπιβουλεύοντες, αὐτοὶ ἄνευ κινδύνων ὄντες, τὴν κατηγορίαν ἐποιήσαντο. ἡμεῖς δ' ἀγωνιζόμεθα μετὰ δέους καὶ διαβολῆς καὶ κινδύνου μεγίςου. εἰκὸς οὖν ὑμᾶς εὔνοιαν πλείω ἔχειν τοῖς ἀπολογουμένοις. 4. οἶμαι γὰρ πάντας ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι πολλοὶ ἤδη πολλὰ καὶ δεινὰ κατηγορήσαντες παραχρῆμα ἐξηλέγχθησαν οὕτω φανερῶς, ὥσθ' ὑπὲρ πάντων τῶν πεπραγμένων μισηθέντες ἀπελθεῖν· οἱ δ' αὖ μαρτυρήσαντες τὰ ψευδῆ καὶ ἀδίκως ἀπολέσαντες ἀνθρώπους ἑάλωσαν, ἡνίκ' οὐδὲν ἦν πλέον τοῖς πεπονθόσιν. ὅτ' οὖν τοιαῦτα πολλὰ γεγένηται, ὡς ἐγὼ ἀκούω, εἰκὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικαςαὶ, μήπω τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἡγεῖσθαι πιςοὺς, πρὶν ἂν καὶ ἡμεῖς εἴπωμεν.

Cavendum est tamen, ne quis hoc solo argumento de γνησιότητι Orationis aliquid pronunciet; nam tum fieri potest ut locus fuerit communis, quem Graeci τέχνην [37]) dicebant, tum notum est, Oratores nonnumquam alienas opes compilare dedignatos non fuisse. Qua de re queritur Isocrates [38]). Equidem sic statuo: uti vidimus, Oratio de Mystt. habita est Ol. XCV. 1., Oratio pro bonis Arist. autem inter Ol. XCVII et XCVIII [39]). Si alter locus fons fuit alterius, Lysiae locus est sine dubio antiquior. Igitur aut Oratio de Mystt. spuria est, aut locus est ex iis, quos τέχνας vocant. Porro neminem fugiet, quam languida et insulsa sint ea, quae addidit Andocides.

Sed singula spectemus.

In Orationis initio legitur sic: Τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν, ὦ ἄνδρες (solent ὦνδρες ἀθηναῖοι, aut ὦνδρες δικαςαί. Atque sic similem locum exhibet Clem. Alex. Strom. VI. p. 748. cf. Ruhnk. ll. Sed Andocides semper simpliciter ὦ ἄνδρες), καὶ τὴν προθυμίαν τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐμῶν, ὥς' ἐμὲ κακῶς ποιεῖν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ δικαίως κἀδίκως, ἐξ ἀρχῆς ἐπειδὴ τάχις' ἀφικόμην εἰς τὴν πόλιν ταυτηνὶ, σχεδόν τι πάντες ἐπίςασθε.

Quaeritur, quo ista spectent? Nempe ad actionem iudiciariam. Credo. Sed quamnam? Per tres annos Athenis degebat Andocides; eo redierat enim Ol. XCIV. 2. [40]). Oratio *de Reditu* habita est Ol. XCII. 3. Hanc igitur in mentem habere nequit, cum praesertim iam decem anni

---

37) Cf. Bake, Schol. Hyp. III. p. 78 sqq.

38) Isocr. Philipp. § 94: ὁρῶν τοὺς ἄλλους τοῖς ἐμοῖς χρωμένους. Porro omnino conferendus est Dion. Hal. de Lys. Iud. c. 17: sed praesertim haec verba: ἐῶ γὰρ, ὅτι καὶ τὰ παρ' ἑτέροις εἰρημένα λαμβάνοντες ὀλίγου δεῖν πάντες, οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τίθενται τὸ ἔργον. οὑτοσὶ (ἤγουν ὁ Λυσίας) δὲ καινὸς ὁ ῥήτωρ ἐςὶ καθ' ἕκαςον τῶν λόγων, κατά γε οὖν τὰς εἰσβολὰς καὶ τὰ προοίμια.

39) Th. Bergk. Epist. ad Schiller. post eius edit. Andocid.

40) De Mystt. § 132.

praeteriissent, neque igitur „fere omnes eam recordari" possent. Aeque minus huc facere potest Lys. adv. Andoc. § 11 sq., ubi Orator tradit, Andocidem intendisse actionem c. Archippum s. Aristippum, quia hoc falsum esse bene docuit Sluiterus [41]), quodque praeterea satis patet ex iniecta mentione Ἑρμοῦ τοῦ Ἀνδοκίδου πατρῴου [42]). Sed spectari videtur Lys. c. Andoc. § 30: *τὸ δὲ τελευταῖον νῦν ἀφικόμενος εἰς τὴν πόλιν δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνδέδεικται.* Nam, etsi res ipsa vix vera esse posse videtnr, nihil aliud intelligi potest. Quod ideo memorabile est, quia inde videmus, vel *solam* Orationem de Mysteriis postulare, ut Andocidis vita constituatur ea ratione parum verisimili, quam supra notavi [43]). Ceterum Lysiae locus vitio laborare videtur: coniicio *δὶς ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἐνδ.*

Andocides § 5 sic loquitur: *ἄλλοθί τε γὰρ ὢν πάντα τἀγάθ' ἔχειν στερόμενος τῆς πατρίδος οὐκ ἂν δεξαίμην, τῆς πόλεως οὕτω διακειμένης* (f. *οὕτω δὴ διακειμένης*) *ὥσπερ αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ λέγουσι· πολὺ δ' ἂν αὐτῆς μᾶλλον ἐγὼ πολίτης δεξαίμην εἶναι ἢ ἑτέρων πόλεων, αἳ ἴσως πάνυ μοι δοκοῦσιν ἐν τῷ παρόντι εὐτυχεῖν.*

Andocides exsul fuit ab Ol. XCI. 2. usque ad Ol. XCIV. 2. Athenis fuit Ol. XCII. 1., atque iterum tentavit reditum Ol. XCII. 3. [44]), sed per breve spatium: mox actus est denuo in exsilium. Fuit igitur exsul per duodecim ferme annos. Incredibile videtur, loco laudato Andocidem non fecisse mentionem exsilii sui, quo sane egregie uti poterat ad iudicum animos commovendos. Sed fateor, hoc esse ex incertioribus.

---

41) Lectt. Andocidd. p. 170.

42) Aesch. Tim. § 125. coll. de Mystt. § 62.

43) Cf. not. 4, ubi laudavi A. G. Beckerum, qui locos ad vitam Andocidis facientes diligenter congessit.

44) In talibus non attinet ubique laudare Sluiterum, Clintonum, cet.

Quae verba leguntur in fine § 7: εἰκὸς οὖν ὑμᾶς ἐςὶν εὔνοιαν πλείω παρασχέσθαι ἐμοὶ ἢ τοῖς κατηγόροις, repetita sunt ex initio eiusdem §, et e textu movenda.

Mitto tamen talia, quae minoris momenti sunt, et propero ad gravissimam quaestionem de Hermocopidis.

Difficultates, quibus tota illa quaestio premitur, nemo melius sensit, quam *Manso* [45]), cuius verba haud alienum erit hic apposuisse: „*Auf dem Verbrechen und der Anklage des Alcibiades liegen noch manche Dunkelheiten, die unberührt geblieben sind, so oft man auch die Geschichte nacherzählt hat. Erstlich leuchtet es nicht ein, wie ein so grösser und so weit greifender Unfug in dem volkreichen Athen verübt werden und die wahren Thäter unentdeckt bleiben konnten. Zweytens ist Alcibiades Schuld oder Unschuld noch nicht gehörig ausgemittelt und die Acten zum Spruche bei weitem noch nicht geschlossen. Drittens läszt sich nicht einsehn, was Alcibiades, wenn er wirklich Theilnehmer oder Anführer war, durch die Verstümmelung der Hermes-Säulen gerade in dem Augenblicke, wo er an die Spitze einer ansehnlichen Flotte treten sollte, beabsichtigte oder in welchem Bezuge der Frevel mit der ihm zur Last gelegten Umstürzung der Democratie stand.*"

Neque hoc mirum est, cum et ipse Thucydides toti narrationi haec subiungit [46]): κἂν τούτῳ οἱ μὲν παθόντες ἄδηλον ἦν, εἰ ἀδίκως (f. δικαίως) ἐτετιμώρηντο.

Sluiterus [47]) auctorum testimonia frustra conciliare conatus est; nuper Droysen [48]) idem suscepit, neque multum desiderarem in docta illa et accurata disputatione, si minus securus fuisset de auctoritate Andocidis. Quae et

---

[45]) Sparta II. p. 211.

[46]) Thuc.. VI. 60.

[47]) Lectt. Andocid. Cap. III.

[48]) Des Aristophanes Vögel u. die Hermocopiden in Mus. Rhen. 1835. p. 161 sqq. et 1836. p. 27 sqq.

ipsa res eum impedit, quominus omnia dubia solvat. Nos comparemus Andocidis narrationem cum Thucydide, Plutarcho, Diodoro Siculo, et si qui sunt alii fide digni scriptores.

Ac iam statim § 11 habemus: *ἦν μὲν γὰρ ἐκκλησία τοῖς ϛρατηγοῖς, τοῖς εἰς Σικελίαν* [49]). Tradit Schömannus [50]), licuisse *ϛρατηγοῖς* convocare comitia: quod concedendum est, non fide istarum psephismatum praescriptionum, quae exstant in Dem. Cor., sed praesertim ob Thuc. IV. 118. Per se igitur intelligeretur, concionem fuisse convocatam a praetoribus, sed nemo admonitus contendet laudata verba eum sensum praebere. Restat, ut putemus concionem habitam fuisse, ut deliberaretur de expeditione in Siciliam. Nihil tamen opus erat populum consulere, cum *Thucydides* tradat, VI. 26: *ἀκούσαντες δ' οἱ Ἀθηναῖοι ἐψηφίσαντο εὐθὺς αὐτοκράτορας εἶναι καὶ περὶ ϛρατιᾶς πλήθους καὶ περὶ τοῦ παντὸς πλοῦ τοὺς ϛρατηγοὺς πράσσειν, ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριϛα εἶναι Ἀθηναίοις.* Quocum conferendus est *Plut. Alc.* 18, qui docebit, hoc factum esse e rogatione Demostrati; ex quo etiam patebit, *ante* Hermas deiectos, utamur enim Corneliano verbo, *πάντα γενέσθαι ἕτοιμα πρὸς τὸν ἔκπλουν.* Adde *Diod. Sic.* XIII. 2, qui tradit praetores egisse cum *Senatu*, de ratione, qua Sicilia *pacanda* foret: *τότε μὲν οὖν οἱ ϛρατηγοὶ μετὰ τῆς βουλῆς ἐν ἀπορρήτῳ συνεδρεύοντες ἐβουλεύοντο, πῶς χρὴ διοικῆσαι τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν, ἐὰν τῆς νήσου κρατήσωσιν.* Droysen [51]) de hoc loco: *Das ἦν ἐκκλησία τοῖς ϛρατηγοῖς kann wohl nicht anders seyn sollen, als das officielle: συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ ϛρατηγῶν συναχθείσης.* Quod falsum est.

---

49) Quo iure haec concio habita esse dicitur d. X. m. Iunii ab A. G. Bekkero p. 19?

50) De Comm. pg. 61.

51) Rhen. Mus. 1835. p. 189.

Sed, quod gravissimum est, *Isocrates* tradit hanc denunciationem factam esse in *Senatu* [52]): εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλὴν, λέγοντες ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' ἐν τῇ Πουλυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες τὰ μυςήρια ποιήσειαν.

Ne causa cadat, necesse est, ut Andocides, sicuti et facere *videtur*, omnia accurate tradat, quae cum isto Hermocopidarum crimine fuere coniuncta; sed non intelligo, quomodo multa omittat, quae ad causam essent accommodatissima, multa immutet, etsi vel sic causae non prosint. Cuius rei plurima exempla in sqq. habebimus. Dicit v. c. μηνύσεις factas fuisse quattuor, nempe ab Andromacho, Teucro, Agariste, Lydo. Sed cur memorare supersedet Androclem, de quo Plut. Alc. 19. Ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς καὶ μετοίκους προήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τ' ἀγαλμάτων περικοπὰς, καὶ μυςηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν φίλων κατηγοροῦντας.

At quattuor hi fortasse producebantur ab Androcle. Sed Androcles produxit δούλους καὶ μετοίκους, non igitur Agaristen, quae erat nobilis femina, neque Andromachum, qui productus est a Pythonico. Restant Teucer et Lydus, quorum ille μέτοικος, hic servus. Sed Plutarchus loquitur de *nonnullis* inquilinis et servis. Neque dici potest, plures factas fuisse μηνύσεις, nam tum tota Andocidis disputatio cadit. Rem confirmabit Thucydides.

In sequenti § itidem multa notanda sunt. Prytanes, concionis moderatores, abeunt, ut comprehendant Andromachum, tum redeunt et ἄδεια datur Andromacho. Sed primo loco ridiculum est τοὺς πρυτάνεις αὐτοὺς ἰέναι ἐπὶ τὸ μειράκιον; tum non observantur ea, quae dixit Pythonicus; manifesto enim voluerat, ut ἄδεια daretur Andromacho, antequam produceretur in concionem; sed ne hoc quidem

[52]) Isocr. de Big. § 6.

verum esse potest. Nam eo ipso die, qui erat post Hermas deiectos primus, itaque die x m. Maii [53]), iam ἄδεια data erat delatoribus. Hoc enim ipso die centum minae e Pisandri psephismate promissae sunt primo delatori [54]). Concio autem, de qua loquitur Andocides, ut satis constat, haberi debuit versus finem m. Maii.

Quae dixi de ἀδείᾳ, confirmantur iis, quae docet Plut. Alc. 21: ὁμολογήσαντι γὰρ ἄδειαν εἶναι κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου κτέ.

In *Thessali* εἰσαγγελίᾳ, quae αὐτολεξεὶ laudatur a Plutarcho Alc. 19 et 22. partes aliter sunt divisae. Ibi legitur mysteria facta fuisse *in Alcibiadis domo*, ipsum Alcibiadem fuisse ἱεροφάντην, Polytionem δᾳδοῦχον, Theodorum κήρυκα; Andocides contra tradit Andromachum denunciasse, Alcibiadem, Niciadem et Meletum violasse mysteria *in domo Polytionis.* Sed memorabile discrimen probabiliter composuit Droysen [55]), statuens Alcibiadem bis εἰσαγγελθῆναι, tum ante profectam classem, tum postea. Quod, ut verisimile videatur esse, tamen non admitterem, nisi Isocr. de Big. § 7. [56]) cum Andocide conveniret et traderet Alcibiadem accusatum fuisse, quod mysteria celebrasset *apud Polytionem.*

Andocides § 13. haec tradit de delatis ab Andromacho: Πολύςρατος μὲν συνελήφθη καὶ ἀπέθανεν, οἱ δ' ἄλλοι φεύγοντες ᾤχοντο, καὶ αὐτῶν ὑμεῖς θάνατον κατέγνωτε. Facta haec omnia sunt *ante* profectam classem, ut luculenter probavit Droysen. Quid vero? Num igitur iam tum Alcibiades condemnatus est? Aut cur omnium celeberrimi non facit mentionem, cum ille praesertim peteretur hac ac-

---

53) Dodw. Ann. Thuc. p. 185.

54) De Mystt. § 27 et 40.

55) Ll. 1835. pg. 203. et 1836. p. 38.

56) Cf. etiam Plut. Symp. I. 4. γ'.

tione? Sed ne hoc quidem, quod de ceteris tradit, verum est, nam Plut. Alc. 20: *ἐνέβαλον ἀκρίτους εἰς τὸ δεσμωτήριον τοὺς ὁπωσοῦν ἐπαιτιαθέντας.*

Sed et *Philochorum* auctorem adducam, Andocidem errare. Traditur [57]) Polystratus fuisse unus ex Hermocopidis. Inter quos tamen ab Andocide, § 35, non memoratur. Itaque omnes, etiam ii qui ob mysteria violata tantum accusati sunt, dicti sunt Hermocopidae. Iam Philochorus [58]): *οἱ ἑρμοκοπίδαι ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος θάνατον κατεγνώσθησαν*, h. e. anno sequenti demum, nam ipsum Hermocopidarum crimen factum est archonte Arimnesto.

Quae argumentatio, si cui forte non placebit, addam de ipsis Hermocopidis proprie sic dictis Andocidem diversa tradere a Thucydide et Plutarcho. Dicit enim § 34: *οἱ δὲ συλληφθέντες ἀπέθανον κατὰ τὴν Τεύκρου μήνυσιν.* Quod quam falsum sit, ex horum narratione patere poterit.

Hodie satis constat, nam nemo facile dubitabit post *Böckhium* et *Hermannum* [59]), psephismata, leges, testimonia, alia, quae in Orationibus addita leguntur, non fuisse exscripta ab ipsis Oratoribus, sed postea addita a Grammaticis Alexandrinis, e Crateri aliorumque *συναγωγαῖς*. Atque perparvam esse horum monumentorum auctoritatem, plerumque non ignoratur, cum simul lacunosa et interpolata esse soleant. Ego vero ne ab ineptissimo quidem homine exspectare possum, illum, quae in hac Oratione *nomina* addita leguntur, *finxisse* de suo, nec negaverim hos revera tunc fuisse indicatos. Droysenus dedit horum omnium *προσωπογραφίαν*, quam supplerem, si va-

---

57) Harpocr. in v.

58) Schol. Arist. Avv. vs. 766.

59) Böckh. de Archontibus Pseudeponymis. In *Abhandlungen der Berliner Academie*, J. 1827. et K. F. Hermann, Disputatio de Procdris Atheniensium, in Ind. Scholl. habb. in Acad. Georg. Aug.

caret. Nunc haec tantum excerpam: de Polystrato iam dixi. In catalogo probabiliter excidit Polytionis nomen, qui sine dubio etiam ab Andromacho indicatus est. Dubitatur apud Lys. And. § 11, utrum Archippus legendus sit an Aristippus. Res, ni fallor, ex hoc catalogo, conficitur, ubi Archippus legitur.

Ad § 15 fere nihil notandum habeo, nam de *ἀδείᾳ* iam dictum est. Animadvertendum tamen est, *τὴν βουλὴν* fuisse tunc temporis *αὐτοκράτορα*, quod etsi nusquam traditur, per se non est incredibile [60]). Scilicet nemo hoc mirabitur, qui bene tenet *Tittmanni* verba: *Der Rath* [61]) *zu Athen enthält keineswegs ein aristokratisches Element, sondern gehörte ganz der Demokratie an.*

Inter delatores Teucer memoratur a Phrynicho, ut ingeniose coniecit Droysen, *ἐν μονοτρόπῳ*; versus servavit Plut. Alc. 20:

Ὦ φίλταθ' Ἑρμῆ, καὶ φυλάσσου μὴ πεσὼν
σαυτὸν παρακρούσῃ, καὶ παράσχῃς διαβολὴν
ἑτέρῳ Διοκλείδῃ [62]), *βουλομένῳ κακόν τι δρᾶν.*
Ἑρμ. Φυλάξομαι. Τεύκρῳ γὰρ οὐχὶ βούλομαι
μήνυτρα δοῦναι τῷ παλαμναίῳ ξένῳ.

scripsi *σαυτόν* pro *αὐτόν*.

Venimus nunc ad § 17, ubi difficultates sunt aliquanto maiores, et primum, occasione data, vitium quoddam tollamus. *Λυδὸς ὁ Φερεκλέους τοῦ Θημακέως ἐμήνυσε μυστήρια γίνεσθαι ἐν τῇ οἰκίᾳ Φερεκλέους τοῦ δεσπότου τοῦ ἑαυτοῦ ἐν Θημακῷ.* Suspicari quis possit, auctorem putasse Athenienses *habitasse* in demo, cuius nomen gerebant: sed

---

60) Schöm. de Comm. p. 95. G. Böckh. Oec. Civ. II. p. 201 sq. Tittmann. Gr. Staatsverf. pg. 244.

61) H. e. *ἡ βουλὴ οἱ φ'*.

62) De Myst. §§. 36—45.

nolo premere incerta. Mihi autem illa verba mirum quantum frigere videntur. Quanto *ἀττικώτερον* dixisset: *ἐμήνυσε μυστήρια γίνεσθαι ἐν Φιλοκλέους ἐν Θημακῷ*, ceteris eiectis. Quali locutione ipse auctor utitur § 42.

Gravissimum autem est, quod statim sequitur: *Σπεύσιππος δὲ βασιλεύων παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ δικαστηρίῳ κἄπειθ' ὁ πατὴρ καταστήσας ἐγγυητὰς ἐγράψατο τὸν Σπεύσιππον παρανόμων, καὶ ἠγωνίσατο ἐν ἑξακισχιλίοις Ἀθηναίων, καὶ μετέλαβε δικαστῶν τοσούτων οὐδὲ διακοσίας ψήφους ὁ Σπεύσιππος.* Miror ad hunc locum nondum animadversum esse, Attice dici *εἰσάγειν εἰς τὸ δικαστήριον* sed *παραδιδόναι τῷ δεσμωτηρίῳ* aut *τοῖς ια'*, atque hoc vocabulum Andocidi reddendum est [63]). Cum I. Bekkero e Sluiteri coniectura scripsi *βασιλεύων* pro *βουλεύων*; sed perperam, nam vocabulum de Archontibus non in usu est [64]). Hanc etiam sententiam amplectitur Th. Bergkius [65]), qui *βουλεύων* scribit et locum sic explicat: Speusippus, qui unus e quingentis erat, legem tulit in Senatu, ut haec causa in iudicium deferretur. Non videtur Bergkio Speusippus peccasse in eo, quod legem tulerit, Leogoram in ius esse vocandum, sed fortasse aliquid molitus est contra leges in ratione iudicii constituendi aut in simili aliqua re. Sed cur peculiari lege de Leogora actum est? aut, si ea-

---

63) Pari modo § 66. legitur: *Διοκλείδην μὲν τῷ δικαστηρίῳ παραδόντες ἀπεκτείνατε* l. *δεσμωτηρίῳ*. Cf. Schöm. Att. Proc. p. 740. Lys. Nicom. § 10. pro *δικαστηρίῳ* fidenter repone *δεσμωτηρίῳ*. Vocabula saepe confusa sunt, v. c. alicubi in Scholl. ad Aristoph., quem locum nunc indicare nequeo. Cf. tamen Aesch. Tim. §§ 111 et 112. Locos, quos Index Reisk. obiter tantum inspicienti praebebit, non moror. Sed vel locus per se hanc mutationem postulat. Quid enim? Speusippus Leogoram a Lydo accusatum, sive sua auctoritate, sive peculiari psephismate, deducit ad tribunal. Ubi est, quaeso, *παράνομον?* Facilius autem intelligitur, Leogoram accusasse Speusippum, quod se in vincula coniecisset, antequam fuerit damnatus, accusatus tantummodo a servulo.

64) Nihil enim huc facit Schöm. de Comm. VII. coll. Periz. ad Ael. V. 13.

65) Post Andocid. Ed. Schiller.

dem ratione tractatus fuit ac reliqui, cur hi non eandem γραφὴν instituerunt? Accedit quod, si vere emendavi δεσμωτηρίῳ, tota explicatio cadit. Emendationem vero tum sermonis leges postulare videntur, tum Plutarchi verba, quae modo laudavi: ἐνέβαλον τοὺς ὁπωςοῦν ἐπαιτιαθέντας ἀκρίτους εἰς τὸ δεσμωτήριον.

Aliquanto melius BAKE v. cl.: παράνομον in eo erat, quod συλλαβεῖν non liceret, qui fideiussores dedisset [66]. Neque infitias ibo, hanc fuisse mentem Orationis auctoris; sed, pace tanti viri, vix ea vera mihi videtur. Leogoras enim fideiussores dedit, *postquam* παρεδόθη τῷ δικαςηρίῳ an τῷ δεσμωτηρίῳ: Speusippo igitur nihil imputari poterat. Sed, quod miror acutissimum virum fugisse: si quis magistratus leges migrasset et abusus fuisset sua auctoritate, contra eum non γραφὴ παρανόμων instituebatur, quod ne licebat quidem, sed ἀποχειροτονεῖσθαι poterat, aut προβάλλεσθαι aut poenas dare ἐν εὐθύναις. [67]. At fieri potest, ut Speusippus tanquam privatus psephisma quoddam tulerit, et sane sic contra eum per γρ. παραν. agere licebat. Sed cur Speusippus de solo Leogora psephisma tulit, aut si de pluribus tulit, quidni omnes hoc iuris beneficio usi sunt?

Videamus nunc rationem, qua locum interpretatur *Droysen* [68]. Recte vidit γραφὴν παρανόμων necessario institui contra psephisma aliquod s. legem et quaesivit, quale psephisma illud fuisse potuerit. Quae res tamen haud feliciter ei successit. Nam, quae hac de re disputat, nemini probabit, cum Speusippum βασιλέα esse putet neque dubitet quin γραφὴ ἀσεβείας contra reos fuerit instituta, immemor Plutarchi qui, ut supra dixi, tradit, omnes in vincula fuisse coniectos.

---

66) Schol. Hyp. I. p. 222. Dem. Tim. § 144.
67) Nihil attinet in talibus laudare Meierum, Schömannum, Wachsmuthium.
68) L. l. p. 201.

Neque sane, in tanta trepidatione atque metu, peculiari psephismate usi sunt, de quo praeterea nil constat. Sed vel fac loci explicationem excogitari posse, quod narrationis rationem sinere vehementer nego et negabo, adducat mihi quis, quaeso, exemplum, ubi in accusatione publica (γραφῇ) sederent 6000 iudices. Nam cogitari nequit de προβολῇ aut εἰσαγγελίᾳ, quia δικασταί dicuntur, quod solenne nomen est Heliastarum, de concione numquam usurpatur. En manifestum testimonium ignorantiae auctoris, qui tribunal et concionem permiscet, ut solebant post tempora Macedonica [69]). Sed fieri potest, ut auctor cogitarit ὑπωμοσίαν, de qua Mei. Proc. Att. p. 285. Verum nemo mihi persuadebit, illum accurate fuisse locutum.

Neque tamen haec omnia sunt. Apparet enim e § 22. Leogoram, cum contra Speusippum diceret, etiam sui ipsius criminis fecisse mentionem, et concedendum est, fieri posse, ut Leogoras, etiamsi alia de re actionem instituisset, tamen de se ipso dixerit, sed non intelligo, quomodo Speusippus se purgare potuisse fingi possit his verbis: ἔλεγχε σὺ τὸν πατέρα ἢ οὐκ ἐστί σοι ἄδεια. Non enim in eo cardo quaestionis posita erat, nam Leogoras condemnari poterat, neque tamen absolvi Speusippus.

Sed tota quaestio inextricabilis videtur, cuius rei, quae mihi videatur causa esse, dicam. Multa accurate et vere traduntur in hac oratione, ubi auctor antiquis et bonis subsidiis utitur: ubi vero ea, quae modo fando inaudivit, v. c. Leogoram etiam Hermocopidarum crimini implicitum fuisse, exornare studet, statim committit ridiculos errores, quos hucusque nimis patienter tulimus.

Addam me hucusque frustra quaesivisse, cur Leogoras ἐκάθευδεν ἐκεῖ ἐγκεκαλυμμένος.

In § 19 et alia leguntur et haec: ἔλεξαν γὰρ ὡς ἐγὼ

---

69) Schöm. de Comm. p. 60 sq.

ἀπογράψαιμι τὸν πατέρα τὸν ἐμαυτοῦ παρόντα καὶ γενοίμην μηνυτὴς κατὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμαυτοῦ. Potestne aliquis frigidius? Nihil tamen ille melius § 17, quem locum modo adduxi.

Quid differant *νόμος* et *ψήφισμα*, nunc pueri non nesciunt. Attamen hac in re Orator titubare solet: sic § 20. dicit: *ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχεν*, ubi sine controversia psephisma intelligitur. Scio quidem tradi solere [70]), confundi nonnumquam haec vocabula; sed hoc vix concedendum est. Scilicet *νόμοι* interdum dicuntur *ψηφίσματα*; et memorabile est exemplum Cannoni psephismatis, quod sine dubio inter leges receptum erat [71]). Atque eodem iure § 43, Andocides Scamandrii *psephisma* memorat, quod itidem fuit *νόμος* [72]). Sed contrarium inveniri numquam mihi persuaderi patiar; quae enim exempla laudantur, sunt aut dubiae fidei aut aliter explicanda sunt.

In eadem § 20. legitur: *ἀγῶνα... ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν.* Eiice *κακοῖν*. Sic § 57: *εἰ μὲν γὰρ ἦν δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ καλῶς ἀπολέσθαι ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι κτέ.* Pari medicina amicus quidam meus sanavit Herodot. I. 22: *ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης — τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, ἤκουε κτέ.* Delevit *κακοῦ*.

Legitur § 21: *ἀπιέναι, ὅπου ἂν ἔμελλεν αὐτὸς σωθήσεσθαι.* Lege *ὅποι*.

Sequenti § 22. exstat: *ὦ Λεωγόρα, τί βούλει περὶ θεραπόντων λέγειν;* Atticus dixisset: *τί τοὺς θεράποντας λέγεις;* Repugnantiam inesse puto §§ 24 et 33: illo enim loco legitur: *εἰ δ' ἐλεγχθήσονται (οἱ κατήγοροι) ψευδόμενοι, οὐδὲν αὐτοῖς ἐμέλησεν. ὥσπερ οὖν, εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα,*

---

70) Schöm. de Comm. p. 248.

71) Xen. Hell. I. 7. 20. ibiq. Schneid. et in univ. Dem. Lept. § 92.

72) Cf. de hac re Schöm. Att. Proc. p. 685. Wachsm. Hell. Alterthumsk. II. 267. Mei. de bon. damn. p. 53 n. 165.

ἅ με κατηγόρησαν, ἐμοὶ ἂν ὠργίζεσθε κἠξιοῦτε δίκην τὴν μεγίστην ἐπιτιθέναι, οὕτως ἀξιῶ ὑμᾶς, γιγνώσκοντας ὅτι ψεύδονται, πονηροὺς αὐτοὺς νομίζειν. Patet ex hoc loco, nisi me omnia fallunt, in ἐνδείξει nullam poenam fuisse constitutam in calumniatores. Sed vide § 33, ubi Andocides haec dicit: ἐὰν γὰρ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων καὶ ἀτιμωθῇ ὁ ἐνδείξας ἐμὲ Κηφίσιος οὑτοσὶ, οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν τοῖν θεοῖν εἰσιέναι ἢ ἀποθανεῖται.

In § 27. legitur: περὶ δὲ τούτων ἠμφισβήτουν [73]) οὗτοί τε οἱ μηνύσαντες καὶ Πυθόνικος, φάσκων πρῶτος εἰσαγγεῖλαι, καὶ Ἀνδροκλῆς ὑπὲρ τῆς βουλῆς. Ultima verba nemodum explicare potuit; omnium minime verum vidit Droysen [74]), qui hoc habet: *Ferner berichtet Isocrates* [52]), *dass die erste Eisangelie bei dem Rathe eingebracht worden, und dies bestätigt der Antrag, den Androcles späterhin macht, dem Rath eine der Prämien zu decretiren.*

In § 29. uti et §§ 86, 103 et 117, perperam legitur εἵνεκα, quod Ionibus est relinquendum, uti et οἱ pro αὐτῷ, quod exstat §§ 15, 38, 40, 41, 42, neque tamen ferendum est. Aeque minus tunc temporis Attici ἀπολλύειν dicebant pro ἀπολλύναι, quod exstat §§. 41, 42, 47, 58 *bis*, 60 et 114.

Eadem § 29. legitur hoc: καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον [75]). Vocabulum λόγοι corruptum esse, dudum intellectum est: Wyttenbach [76]) coniicit οἱ πολλοὶ, quod non placet, nam fuere sane pluris accusatores, h. e. quattuor; sed de horum numero nemo dicet οἱ πολλοί.

---

73) Cf. Etym. M. in voce.

74) Mus. Rhen. II. p. 190. Neque probare possum Bergkii sententiam II. pg. 116. aut Sluit. Lectt. And. pg. 61.

75) Cf. Suid. in v. ἀνωρθιασμένον.

76) Bibl. Crit. III. 3. p. 91. in censura Sluit. Lectt. Andocid.

Mox sequitur in § 30: ἢ δεινὸν γ' ἂν εἴη, εἰ ἐμοὶ ὀργίζοισθε. Lege: ἦ δεινὸν γ' ἂν εἴη κτέ. Tum BAKE v. cl. corrigit: τῆς ἀληθείας ἡγήσοισθε. Sequitur statim: δῆλον ὅτι γὰρ τοῖς μὲν ἡμαρτηκόσι; lege: δῆλον γὰρ ὅτι. In fine §: ἐμοὶ δ' ὁ ἔλεγχος ἥδιστος, ἐν οἷς ὑμῶν οὐδέν με δεῖ δεόμενον οὐδὲ παραιτούμενον σωθῆναι ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ non expedio.

§ 31. Lege omnino: ἦ μὴν ψηφιεῖσθαι τὰ δίκαια, eiecto περὶ ἐμοῦ, quod e praecc. male iteratur. Cf. Xen. Hell. II. 4. § 43.

§ 32. De ἐπεσκήψατο cf. Harp. et Etym. M. in voce.

§ 36. explicabit Schöm. de Comm. p. 151 seqq.

In sequentibus §§ exponitur de Dioclidis delatione. Qua in re urgendum est, Andocidem illud ipsum omittere, unde statim mala fides Dioclidis apparere potuerat. Plutarchus, quocum consentit Diodorus Siculus, locis saepius iam laudatis, narrat, Dioclidem, cum interrogaretur, quomodo Hermocopidarum vultus distinguere potuisset, respondisse „ad lunae lucem." Quod cum imprudenti ei excidisset cum Hermae deiecti essent ultimo mensis die, statim illum fuisse convictum. Andocides contra narrat, Dioclidem in Senatu sponte plenilunium memorasse; quod etsi minus sit verisimile et stulte factum, tamen fortasse fieri potuit. Iustam vero suspicionem movet, Andocidem numquam hoc apertum mendacium iudicibus in memoriam revocare [77]), ignorasse autem aut praeteriisse, vix concedendum est, vel ob § 64.

Vellem mihi daretur opportunitas disputandi de locis ubi sitae fuerunt domus Andocidis et Polytionis. Infelici enim casu factum est ut, cum res maximi momenti ignorentur, de talibus saepe satis certo possit constare.

---

77) Observatum est iam a Corsinio. Cf. Droys. II. p. 168.

UNIVERSITY OF ILLINOIS

Sed ne res diutius nos detineat, topographiam nunc differo [78]).

Aliud est, quod notandum videtur § 39, ubi legitur: *ἰδὼν δὲ ταῦτ' ἔφη ἐπὶ Λαύριον ἰέναι, καὶ τῇ ὑςεραίᾳ ἀκούειν, ὅτι οἱ Ἑρμαῖ εἶεν περικεκομμένοι*, ubi pro *ἰέναι, ἀκούειν, εἶεν* dicendum fuisset *ἐλθεῖν, ἀκοῦσαι, ἦσαν.*

§ 44. cum Codd. legendum videtur *ἀψηφίωνα.* Fuit ut coniicio nepos Archontis Eponymi Ol. LXXVII. 4. Nomen sic scribitur in marmore Pario.

In eadem § legitur, Pisandrum tulisse, ut abrogaretur Scamandrii illud psephisma et statim subdit Andocides: *ἀνέκραγεν ἡ βουλὴ ὡς εὖ λέγει.* Puto *λέγοι.*

Quae his §§ continentur, necessario acciderunt post profectam classem et indicantur verbo a Thuc. VI. 61. Sed non intelligo, quomodo Andocides, si modo perspicuus esse voluerit, hoc prorsus praeterire potuerit.

Neque video, qui factum sit ut, qui Timaeus dicitur apud Plut. Alc. 21, Charmides dicatur § 48. Et tamen non dubito, Plutarchum bonos fontes adiisse.

Vitium tollendum est § 52: *τέτταρες δ' ἦσαν ὑπόλοιποι, οἳ οὐκ ἐμηνύθησαν ὑπὸ Τεύκρου τῶν πεποιηκότων, Παναίτιος, Χαιρέδημος, Διάκριτος, Λυσίςρατος.* Eiice: *τῶν πεποιηκότων.*

Denunciarat Dioclides, se vidisse ad trecentos homines; nomina detulerat duo et quadraginta. Cf. § 43. Negligenter vero auctor in sequentibus numeros permiscet. Cf. §§ 51 et 58.

§ 65. Dioclides se instigatum fuisse dicit a duobus viris, quorum nomina fuere: *Ἀλκιβιάδης ὁ Φηγούσιος καὶ Ἀμίαντος ὁ ἐξ Αἰγίνης.* Requiruntur, ni fallor, duorum *civium*

---

78) Nunc sufficiat haec laudasse: de domo Andocidis cf. praeter ipsam Orat. de Mystt.: Plutarch. de Gen. Socrat. 10. p. 580; de domo Polytionis, Meineke II. 1. 278. et quem laudat Böckh. Explic. Pind. p. 415. Droys. II. p. 190.

nomina [79]). Quapropter conieci: Ἀλκιβιάδην τὸν Φηγούσιον καὶ Ἀμίαντον τὸν Αἰγιλιᾶ. Demi nomen exstat apud Harpocr. v. αἰγιλιεύς. Cf. et Hesych. v. αἰγιαλῶς et de hac glossa Piers. ad Moer. v. πειραιῶς.

Sequuntur haec verba: τοὺς δὲ δεδεμένους καὶ μέλλοντας ἀπολεῖσθαι ἐλύσατε, τοὺς ἐμοὺς συγγενεῖς δι' ἐμέ. Eiice: τοὺς ἐμοὺς συγγενεῖς.

In sequenti § legitur: τότε δ' ἀπέγραψα τέτταρας ἄνδρας Παναίτιον, Διάκριτον, Λυσίστρατον, Χαιρέδημον· οὗτοι μὲν ἔφυγον δι' ἐμέ. Nomina propria irrepsere e § 52.

§ 67. legitur: ἐλοιδόρησα ἐκείνῳ ὧν ἦν ἄξιος. Perperam. cf. Moschopul. π. σχεδ. p. 179. (cf. Hemst. ad Plut. vs. 456. Bekk. Anecd. p. 154 sqq. et Stallbaum ad Gorg. p. 141. [80])), qui docet: λοιδορῶ καὶ λοιδοροῦμαι τὸ αὐτὸ, ὧν τὸ μὲν πρὸς αἰτιατικὴν ἔχει τὴν σύνταξιν· τὸ δὲ λοιδοροῦμαι πρὸς δοτικήν.

Tandem, atque haec ultima erit huius capitis observatio, § 68: ἐσώθη δὲ γ' ὁ πατὴρ, ὁ κηδεστὴς, ἀνεψιοὶ τρεῖς, τῶν ἄλλων συγγενῶν ἑπτά. Exciderunt igitur duo nomina § 47 in catalogo Andocidis necessariorum.

Possem huius generis addere plura, sed exspecto δευτέρας φροντίδας; saepe enim, cum haec scriberem, in mentem mihi venit *Gibboni* [81]) sententiae: *It is alike difficult to correct the text of the best and of the worst writers.*

---

79) De Alcibiade cf. Droys. M. R. 1836. p. 32, qui praetervidit Harpocr. glossam in v. *Ἀλκιβιάδης· ἔστι δὲ Φηγούσιος Ἀλκιβιάδου ξένος.* Quam corruptam esse arguit adiectum nomen demi, quod non cadit nisi in cives. Forte legendum est *Ἀλκιβιάδου ἀνεψιός.* Cf. Xen. Hell. I. 2. 13. Amianti nomen est e rarioribus, non tamen plane inauditum. Exstat v. c. Böckh. C. I. N°. 286. Tom. I. p. 396.

80) Locos debeo Schillero in Ed. Andocid. p. 86.

81) History of the decline and fall of the Roman Empire, I. p. 355. Ed. Lips. 1829.

CAPUT III.

ANDOCIDIS ORATIO DE MYSTERIIS.

§§ 70—109.

Perveni nunc ad omnium gravissimam partem nostrae Orationis, in qua tot et tanta memorantur historiam et antiquitatem spectantia, ut dignissima haberi possit, quae post tantas VV. DD. curas retractetur. Sed alia nunc nos manent. Non enim mihi proposui horum temporum historiam illustrare, quae sane res tam brevi spatio absolvi non posset, sed nihil agam nisi errores arguere, quos in Andocide deprehendisse mihi videor.

Ac iam transeundum est ad notissimum locum *de infamia.* Qua de re fusius disputandum mihi erit, tum quia Andocidis locus in hoc argumento classicus et princeps semper habitus est, tum quia multi errores inde orti sunt, quod VV. DD. nimis religiose Andocidis doctrinae vestigiis inhaeserunt.

Quodsi argumenta minus firma mihi viderentur esse, quibus loci auctoritas infringi potest, urgerem fortasse illud, maxime mirum esse, Andocidem rem auditoribus

explicare, quae, si quae alia, quotidiano usu illis nota et trita esse deberet. Sed nunc propero ad alia, neque multum tribui iubeo ei, quod tota disputatio Andocidis hoc *ἐπεισόδιον* non requirit, neque multum causae nocuisset, si omisisset §§ 73—79, in quibus ratio *ἀτιμίας* traditur et inseritur Patroclidis psephisma de infamia notatis in integrum restituendis.

Sed haud alienum erit apposuisse ipsum Andocidis locum: *Οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ, ὁπόσοι εὐθύνας ὦφλον ἄρξαντες ἀρχὰς, ἢ ἐξούλας ἢ γραφὰς ἢ ἐπιβολὰς ὦφλον, ἢ ὠνὰς πριάμενοι ἐκ τοῦ δημοσίου μὴ κατέβαλον τὰ χρήματα, ἢ ἐγγύας ἠγγυήσαντο πρὸς τὸ δημόσιον, τούτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας. εἰ δὲ μὴ, διπλάσιον ὠφείλειν καὶ τὰ κτήματ' αὐτῶν πεπρᾶσθαι. εἷς μὲν τρόπος οὗτος ἀτιμίας ἦν, ἕτερος ὧν τὰ μὲν σώματ' ἄτιμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο· οὗτοι δ' αὖ ἦσαν ὁπόσοι κλοπῆς ἢ δώρων ὄφλοιεν· τούτους ἔδει καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι καὶ ὁπόσοι λίποιεν τὴν τάξιν, ἢ ἀστρατείας ἢ δειλίας ἢ ἀναυμαχίου ὄφλοιεν, ἢ τὴν ἀσπίδ' ἀποβάλοιεν, ἢ τρὶς ψευδομαρτυριῶν ἢ τρὶς ψευδοκλητείας ὄφλοιεν, ἢ τοὺς γονέας κακῶς ποιοῖεν, οὗτοι πάντες ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα, τὰ δὲ χρήματ' εἶχον. ἄλλοι αὖ κατὰ προστάξεις, οἵτινες οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν, ἀλλὰ μέρος τι αὐτῶν, οἷον οἱ στρατιῶται, οἷς, ὅτι ἐπέμειναν ἐπὶ τῶν τυράννων ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλ' ἦν ἅπερ τοῖς ἄλλοις πολίταις, εἰπεῖν δ' ἐν τῷ δήμῳ οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς, οὐδὲ βουλεῦσαι. τούτων ἦσαν οὗτοι ἄτιμοι· αὕτη γὰρ ἦν τούτοις πρόσταξις. ἑτέροις οὐκ ἦν γράψασθαι, τοῖς δ' ἐνδεῖξαι, τοῖς δὲ μὴ ἀναπλεῦσαι εἰς Ἑλλήσποντον, ἄλλοις δ' εἰς Ἰωνίαν· τοῖς δ' εἰς τὴν ἀγορὰν μὴ εἰσιέναι πρόσταξις ἦν.*

Primo loco videndum est de divisione *ἀτιμίας*. Apparet enim Andocidem tria genera distinguere: *ἀτιμίαν* cum bonorum publicatione coniunctam, *ἀτιμίαν* sine bonorum publicatione, *ἀτιμίαν κατὰ πρόσταξιν*. Statim videbimus

quid de hac divisione censendum sit; sed antea de hoc argumento VV. DD. sententiae explorandae sunt.

Primus *M. H. E. Meier* [82]), optime de nostro loco meritus est, quem de industria explicavit.

Distinxit ille cum Andocide tria *ἀτιμίας* genera, infamiam maximam, mediam, minimam [83]). Sed mirandum est, cur *οἱ ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ* graviori infamia affecti fuerint, quam v. c. ii, qui falsum testimonium dixissent; nihil enim huc facit bonorum publicatio, quae quidem cum hac *ἀτιμίᾳ* coniuncta est, non vero mutare potest ipsam infamiae naturam. Neque verum est, hanc infamiam necessario cum bonorum publicatione fuisse coniunctam: tantum vendebatur publice quantum satis esset, ut debitum solveretur [84]). Tum hoc obscurum manet, cum tamen per se satis clarum sit, qualis conditio fuerit *τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ* ante tempus praeterlapsum, intra quod solvere deberent; nempe tunc eorum infamia cum bonorum publicatione nondum erat coniuncta; at qualis tunc erat? Tandem, postquam bona ademta erant iis, qui solvere aut non potuissent aut non voluissent, quomodo horum infamia ab infamia media differebat?

Accedat, quod *ἀτιμία* media dicitur personae adhaesisse nec solvi potuisse nisi morte, cum contra *ἀτιμία* maxima, quam aequum erat media esse graviorem, solvitur simul ac quis debitam pecuniam solverit. Cf. ipsum Meier. p. 142.

A Meieri sententia non multum abhorret *Hefferi* [85])

---

82) De Bon. Damn. p. 101 sqq. Eandem doctrinam amplectitur Schöm. Att. Proc. p. 563.

83) Video quidem aliis aliam rationem probari, sed non memini qui hoc data opera refutaverit. Tantum K. F. Hermann, Staatsalterth. § 124. 2. *Meiers Bezeichnungen*, infamia maxima media minima *sind nicht ganz glücklich gewählt.*

84) P. van Lelyv. de Infamia iure Attico p. 244. Schöm. Antiqq. p. 199. 22. K. F. Herm. Staatsalterth. § 124. 13.

85) Athenäische Gerichtsverfassung. p. 79.

doctrina, praeterquam quod tria quidem ἀτιμίας genera distinguit, non vero utitur vocabulis infamiae maximae mediae minimae.

Aliquanto melius *Schömannus*[86]) rem explicat.

Distinguit:

I. gravissimam illam ἀτιμίαν, qua affectus est Arthmius iste Zelites. Huiusmodi ἄτιμον impune occidere licebat.

II. ἀτιμίαν proprie sic dictam:

α. temporariam, nempe τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ.

β. sempiternam eorum, quibus haec ipsa est flagitiorum poena.

III. ἀτιμίαν κατὰ πρόσταξιν.

Sed aptius vibebimus, an haec divisio probari possit, ubi agemus de Andocidis loco.

Optime vero quaestionem tractasse mihi videtur *Wachsmuthius*[87]). Missa illa infamia, quam *Schömannus* primo loco ponit, distinguit:

I. ἀτιμίαν τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ.

II. ἀτιμίαν, quae est flagitiorum poena.

III. ἀτιμίαν, qua quis prohibetur certam quandam γραφήν instituere.

IV. ἀτιμίαν κατὰ πρόσταξιν.

Quam divisionem tamen non prorsus posse probari, mox apparebit. Ac iam videamus de infamia, quam Andocides primo loco ponit, nempe τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ, sitne illa alterâ gravior, an contra.

Multum vereor, ut Andocidis auditores, si quidem nescirent, quid esset ἀτιμία, aliquid ex eius explicatione profecerint. Quam obscure enim indicet quale esset pri-

---

86) De Comm. 73 sqq. Unde magis miror eum in Proc. Att. II. quinquennio post amplexum fuisse Meieri sententiam. Paucis rem absolvit in Antiqq. Iur. Publ. p. 199.

87) Hellenische Alterthumskunde, 2te Ausgab. II. p. 197 sqq.

mum *ἀτιμίας* genus, non fugit *Wachsmuthium* qui de hoc loco dicit [88]): *Seltsam genug umgeht Andokides hier das eigentliche Wesen der Atimie, das ja keineswegs in der Schuld des Doppelten und dem Güterverkaufe, sondern in dem bis zu der Zahlung oder dem Güterverkaufe währenden Zustande des Schuldners lag.*

Cui nihil addendum habeo. Sed examinemus singula.

Οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ. Semper simpliciter dicitur: οἱ μὲν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ. Neminem novi praeter Suidam, qui alicubi: οἱ χρήματα ὀφ. τ. δ. [89]).

Sequitur ὁπόσοι εὐθύνας ὤφειλον [90]). Certatim VV. DD. reponere voluerunt ὦφλον; sed videant ne auctorem corrigant, cum librarium volunt. Incredibile est, quantum in talibus rebus titubatum sit. Num v. c. *Lysias* c. Agor. § 65. dicere potuit: συκοφαντίας αὐτοῦ κατέγνωτε καὶ ὤφλησεν ὑμῖν μυρίας δραχμάς?

Quid sit ἐξούλας, γραφὰς aut ἐπιβολὰς ὀφλεῖν docuit Lelyveldus [91]). Sed neminem poenitebit de hoc loco consuluisse *Böckhium* [92]), qui haec omnia ita tractat, ut nemo quidquam magnopere desideraturus sit. Attamen una in re ab eo dissentiunt. Scilicet γραφὰς ὀφλεῖν Meierus [93]), quocum consentit Lelyveldus, intelligit de iis, qui mulctas a populo et iudicio impositas nondum pependisset. Böckhius contra de accusatoribus, qui in publica causa quintam suffragii partem non tulissent. Sed quis litem dirimet, nam exempla locutionis γραφὰς ὀφλεῖν non exstare videntur?

Transgreditur Andocides ad publicanos, quos minus recte

---

88) L. l. p. 197. 34.
89) Lelyv. p. 240. Nubem exemplorum suppeditabit Petit. Legg. Att. p. 464 sqq.
90) Cf. Aesch. Ctes. § 10. Lelyv. c. XXXVII.
91) Capp. XXXVIII, XXXIX, XLI.
92) Oec. civ. I. p. 362 sqq.
93) De Bon. Damn. p. 137.

vocabulo *οἱ ὠνὰς πριάμενοι* omnes complectitur. Quae res cum a multis [94]) iam observata sit, nihil attinet pluribus de tali argumento disputare. Sed Graeci distinguunt inter *τοὺς τὰ τέλη ὠνουμένους* et *τοὺς τὰ μισθώσιμα μισθουμένους* et *τοὺς ἐκλογῆς*, qui quomodo differant, e ll. ll. apparere poterit; sed ab Andocide minus accurate confunduntur [95]).

Quod vero dicit *ὁπόσοι .... ὠνὰς πριάμενοι ἐκ τοῦ δημοσίου μὴ κατέβαλον τὰ χρήματα, ἢ ἐγγύας ἠγγυήσαντο πρὸς τὸ δημόσιον*, neque illud probatorum scriptorum usu confirmatum invenio. Vulgo enim dicitur *παρὰ τῆς πόλεως*. Sequitur *τούτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας*. Non accurate dictum est, nam excipiuntur ii, qui in *γραφαῖς ὕβρεως* condemnati essent, qui nempe solvere debebant intra undecim dies [96]).

Quodsi vero aerarii non solverint ante nonam prytaniam, duplicatur debitum, *διπλάσιον ὀφείλουσι*, ut Andocides dicit. Et revera sic fiebat plerumque, sed non semper. Cf. v. c. Dem. c. Macart. § 58. [97]).

Poena igitur in eos, qui solvere recusarent, constituta est *διπλάσιον ὀφείλειν καὶ τὰ κτήματ' αὐτῶν πεπρᾶσθαι*; solita formula est: *τὴν οὐσίαν δημοσίαν εἶναι*. Sed cf. not. 84.

Atque haec Andocides de *ἀτιμίᾳ τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ*. De quibus quam parum diligenter exposuerit, ex hoc maxime videre est, quod, si aliunde nesciremus, ex Andocidis verbis nemo conficere posset, ante duplicatum debitum aerarios iam fuisse *ἀτίμους*. Cui addendum est, VV. DD., Andocidis auctoritate deceptos, hanc *τῶν ὀφειλόντων ἀτιμίαν* altera putasse graviorem, sicuti Orator

---

94) Ibid. p. 138. Lelyv. p. 195. Böckh. Oec. Civ. I. p. 122.

95) Nulli loci sunt de hoc argumento luculentiores quam Dem. Tim. §§ 40 et 144.

96) Böckh. Oec. Civ. I. 416. Mei. de bon. damn. p. 138.

97) Vid. omnino Böckh. ll. p. 415. ibique not. 329.

haud obscure indicat, cum tamen sine dubio contrarium obtinuerit [98]).

Transeundem tamen est ad alterum ἀτιμίας genus, de quo Andocides sic: *ἕτεροι ὧν τὰ μὲν σώματ' ἄτιμα ἦν, τὴν δ' οὐσίαν ἔσχον καὶ ἐκέκτηντο.* Quid sit σῶμα in tali sententia, nunc non ignoratur [99]), sed vellem mihi quis explicaret, cur ἔχειν et κεκτῆσθαι iungantur.

Non reprehendendus Andocides in eo, quod non omnia ἀτιμίας exempla enumerat: satis enim erat paucis defungi, e quibus abunde cognosci *poterat*, quae esset ratio infamiae Athenis. Itaque acquiescere possumus in duobus exemplis, quae laudat, furum et corruptorum. Sed addit: *τούτους ἔδει καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι*, quod mihi falsissimum videtur [100]). Quae res, cum non putem eam iam satis a recentioribus illustratam esse, requirit, ut paululum fusius tractetur. Scilicet probare conabor, *legem* numquam definivisse ἀτιμίαν liberis damnatorum; sed nonnunquam peculiari *psephismate* de ipsa re facto, liberos proditorum et similium criminum reorum ἀτίμους fuisse factos. Nihil enim huc facere filios τῶν ὀφειλόντων, qui ἄτιμοι remanebant, donec solvissent debitum paternum, et notum est et sponte intelligitur [101]).

Dem. Mid. § 113. inseritur *ὁ περὶ τῶν δώρων νόμος*, qui sic audit: *ἐάν τις Ἀθηναίων λαμβάνῃ παρά τινος, ἢ αὐτὸς διδῷ ἑτέρῳ, ἢ διαφθείρῃ τινὰς ἐπαγγελλόμενος, ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου καὶ* (puto ἢ) *ἰδίᾳ τινὸς τῶν πολιτῶν, τρόπῳ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, ἄτιμος ἔστω καὶ παῖδες καὶ τὰ ἐκείνου.* Hunc locum ad Andocidem explicandum semper

---

98) Verissime Schöm. de comm. p. 75.: ἀτιμία τῶν ὀφειλόντων nihil erat nisi debiti solvendi incitamentum.

99) Schöm. de Comm. p. 76. Mei. de bon. damn. p. 142. n. 468.

100) Manifesto Andocides hoc tantum affirmat de quibuscunque qui κλοπῆς ἢ δώρων ὄφλοιεν. Fallitur igitur Suidas v. ἀναυμαχίου.

101) Cf., ut uno exemplo defungar sed luculento, Dem. Androt. § 33.

hucusque adduxerunt; minus recte tamen, ut mihi videtur, primum, quia legum orationibus insertarum, nisi confirmentur ipsis Oratoris verbis, perparva auctoritas solet esse, tum quia hanc legem imprimis gravis premit suspicio. Nescitur enim, quae fuerit poena in talibus causis, cum singuli auctores diversa tradant. Sed saltem hoc certum est, *potuisse* eum qui donis vel corruperit vel corruptus sit, morte plecti aut decuplo accepti aut dati doni. In cuius rei fidem apponam hunc locum e *Dinarchi* Orat. c. Dem. § 60: *ἀλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων τῶν εἰς ἀργυρίου λόγον ἀνηκόντων διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσι, περὶ δὲ τῶν δωροδοκούντων δύο μόνον τιμήματα πεποιήκασιν, ἢ θάνατον, ἵνα ταύτης τυχὼν τῆς ζημίας ὁ λαβὼν παράδειγμα γίνηται τοῖς ἄλλοις, ἢ δεκαπλοῦν τοῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος τὸ τίμημα τῶν δώρων, ἵνα μὴ λυσιτελὲς ᾖ τοῖς τοῦτο τολμῶσι ποιεῖν.* Itaque haec poena *etiam* memorari debebat in lege apud Demosthenem; quae cum desideretur, de infamia maxima, loquamur enim cum Meiero, dubitari potest. Sed alia accedunt. Nempe *Dem. c. Steph.* II. § 26. hanc legem laudat: *ἐάν τις συνίστηται ἢ συνδεκάζῃ τὴν ἡλιαίαν ἢ τῶν δικαστηρίων τι τῶν Ἀθήνησιν ἢ τὴν βουλὴν, ἐπὶ δωροδοκίᾳ χρήματα διδοὺς ἢ δεχόμενος, ἢ ἑταιρίαν συνίστῃ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, ἢ συνήγορος ὢν λαμβάνῃ χρήματα ἐπὶ ταῖς δίκαις ταῖς ἰδίαις ἢ δημοσίαις, τούτων εἶναι τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας.* Vix utraque lex apud Demosthenem potest genuina esse; in lege in Orat. c. Steph. poena, quae sine dubio statim sequebatur e solemni legum formula, omittitur, quia Demosthenes tantum probare vult, contra tales homines actiones dari: *οἱ δὲ νόμοι καὶ περὶ τούτων γραφὴν πεποιήκασιν.* Contra in lege in Midiana plura omittuntur, v. c. quis actor possit esse in hac causa, apud quem causa deferenda sit, qui iudices sedere debeant, num *προστίμησις* locum habere possit: quae omnia

omissa esse non possunt, cum ipsa poena ultimo loco in legibus legatur. Sed vel fac, cum utraque lex non possit genuina esse, legem in Orat. c. Steph. falsam esse, tamen causa alterius legis nihilo erit melior, cum Dinarchi locus omni suspicione maior sit: quem aliis etiam locis confirmare possem, si opus esse putarem. Quid vero, si Andocides et lex in Midiana sibi repugnant? Andocides enim *diserte* dicit in talibus criminibus bonorum publicationem locum *non* habuisse, cum ipsa lex nullam aliam poenam agnoscat. Quodsi tandem probari possit sententia viri hisce in rebus acutissimi, *Meierum*[102]) dico, poenam nempe statui a iudicibus in unaquaque causa, necessario omnis nostrae legis auctoritas evanescit.

Solet praeterea adduci *Dem. Aristocr.* § 62. *Ἠκούσατε μὲν τοῦ νόμου λέγοντος ἄντικρυς, ὦνδρες Ἀθηναῖοι, ὃς ἂν ἄρχων ἢ ἰδιώτης αἴτιος ᾖ τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε, ἢ μεταποιήσῃ αὐτόν, ἄτιμος ἔστω καὶ οἱ παῖδες καὶ τὰ ἐκείνου.* Laudantur haec verba ex antiqua Dracontis lege de caede, nec negabo in iis tale quid fuisse constitutum. Sed fidenter affirmo hoc Athenis obsoletum fuisse, cum praeterea nullibi tale quid memoretur, quod, si quid aliud, aptum erat ad iudicum animos movendos. Accedit quod vel ipsa formula *ἄτιμος ἔςω καὶ τὰ ἐκείνου* mox abiit in desuetudinem. Vulgo dicebatur *ἡ οὐσία δημοσία ἔςω*[103]).

Solus igitur, quantum scio, restat Andocides, qui liberorum *ἀτιμίαν* in certis causis memorat. Cui quominus assentiam, multa me prohibent; inprimis vero, quod res, qualis haec est, vix Athenis usu potuit esse stabilita; Athenis, dico, incredibile est *lege* adeo saevitum fuisse in damnatorum liberos.

Multos iam errores in Andocide vidimus et videbimus

---

102) De Bon. Damn. p. 122.

103) Cf. v. c. Dem. Lept. § 156.

etiam: sed hic erroris fons monstrari potest. Iniquus enim essem, si vel stupidissima Andocidi obtrudere conarer, ut meam sententiam fulcirem.

Scilicet antea iam dixi, Andocidem proprie non tradere, *ἀτίμους* fuisse *τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ*, et laudavi in hanc sententiam Wachsmuthii [88]) verba. Facillime autem et haec difficultas, et illa, quam modo movi, componi possunt: nam levi transpositione sic lege: *τούτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας, εἰ δὲ μὴ, διπλάσιον ὀφείλειν καὶ τὰ κτήματ᾽ αὐτῶν πεπρᾶσθαι. τούτους ἔδει καὶ τοὺς ἐκ τούτων ἀτίμους εἶναι. εἷς μὲν τρόπος οὗτος ἀτιμίας ἦν, κτέ.*

Verba iam ante Suidam fuere loco mota, quod patet, quia ille [100]) liberos damnatornm ob delicta militaria *ἀτίμους* fuisse pronunciat.

Paene praeteriissem, quod initio dixi, nonnumquam liberos proditorum et similium criminum reorum, peculiari psephismate *ἀτίμους* fuisse factos. Quod plane singulare esse, nemo non videt. Huius rei luculentum exemplum petitur e damnatione Archeptolemi et Antiphontis, cuius pars sic audit [104]): *καὶ ἄτιμον εἶναι Ἀρχεπτόλεμον καὶ Ἀντιφῶντα, καὶ γένος τὸ ἐκ τούτων, καὶ νόθους καὶ γνησίους· καὶ ἐὰν ποιήσηταί τινα τῶν ἐξ Ἀρχεπτολέμου καὶ Ἀντιφῶντος, ἄτιμος ἔστω ὁ ποιησάμενος.*

Sequuntur condemnati ob delicta militaria, de quibus nihil annotandum habeo. Sed statim sequitur: *ἢ τρὶς ψευδομαρτυριῶν ἢ τρὶς ψευδοκλητείας ὄφλοιεν*, quod addubitandum est, etsi falsum esse pro certo affirmari nequit.

Apponam ad hunc finem *Schömanni* [105]) verba: *In allen übrigen Fällen* [*nämlich ausser der Eisangelie*] *war*

---

104) Ps. Plut. Vit. X. Orat. p. 834. B.

105) Attischer Proc. p. 735. Quocum omnino conferendus est Böckh. Occ. Civ. I. p. 409.

beides, die Busse von tausend Drachmen und die Atimie, [d. h. derjenigen, welche nicht den fünften Theil der Stimmen erhalten hatten] mit einander verbunden, obgleich es scheint dass man in Ansehung der letzteren das Gesetz gar häufig nicht strenge angewandt habe. Wenigstens wird an vielen Stellen wo der Busse von tausend Drachmen Erwähnung geschieht, der Atimie mit keiner Silbe gedacht, woran schon einige Grammatiker Anstoss nahmen, und deswegen die übrigens ganz unhaltbare Meinung aufstellten, es sei die Atimie nur dann eingetreten, wenn man in drei verschiedenen Rechtshändeln nicht den fünften Theil der Stimmen erhalten habe. Neque Lelyveldo [106]), cum explicare conabatur, cur quis in causis ψευδομαρτυριῶν et ψευδοκλητείας tum demum ἄτιμος fieret, cum *ter* esset damnatus, res feliciter successit. Qua de re nunc disputare non vacat.

Aliam vero difficultatem movet Meierus [107]), cuius verba exscribam: „Mirari autem oportet neminem, quod cum „ter convictos ψευδομαρτυριῶν aut ψευδοκλητείας Andocides dicit infamia notatos esse, inveniantur tamen exempla aliquot eorum, qui iam ubi semel horum alterutrius „criminis convicti erant, infamia notarentur. Etenim „γραφὴ ψευδοκλητείας erat τιμητή, h. e. fiebat aestimatio „litis a iudicibus aut inter aestimationes ab actore et reo „propositas eligentibus, aut novam addentibus [108]); poterant itaque etiam semel ψευδοκλητείας convictum capitis „damnare aut infamia notare; ψευδομαρτυριῶν autem „δίκη quamquam natura privata est, poterant tamen iudices per προστίμησιν, instantibus potissimum actoribus, „infamiam irrogare et mulctae addere, quam damnatus

---

106) De Infam. p. 124 sq.
107) De Bon. Damn. p. 125 sq.
108) Neque hoc probo. Debebant enim iudices alterutram eligere.

„reus actori solvere debebat." Addit porro Böckhium quoque in eandem sententiam disputasse. Attamen horum virorum opinionem neutiquam probare possum, ob ea, quae verissime disputat Lelyveldus [109]), qui iure sic statuit: „*sem*-„*per* legem, *numquam* iudices irrogasse ἀτιμίαν." Atque hanc regulam iuris in omnibus istis de infamia quaestionibus probe tenendam existimo.

Sed utut est, nihil pronuncio, licet mihi Andocidis doctrina, fateor, valde suspecta videtur esse.

Pervenimus iam ad tertium infamiae genus, ἀτιμίαν κατὰ πρόσταξιν [110]). De qua perpauca cognita habemus. Wachsmuth ll. hanc ἀτιμίαν tantum valuisse autumat eo ipso tempore, de quo Andocides loquitur; et est hoc sane perquam verisimile; sed tunc mirandum est, cur huic peculiari infamiae admiscuerit notum illud, quod semper viguit, infamiam dico accusatorum, qui quintam partem suffragiorum non tulissent: ἑτέροις οὐκ ἦν γράψασθαι, τοῖς δὲ ἐνδεῖξαι.

Initio apponam verba Wachsmuthii [113]): *Nur zu oft ist in der Erklärung der Alten die Anmassung, etwas besser wissen zu wollen als sie, anstössig: aber hier gilt, was oben* [88]), *dass Andokides nicht auf das Characteristische der Sache, nehmlich die für besondere und ungewöhnliche Fälle, Römischen privilegiis gleich, ausgesprochene und nicht schon im Staatsgesetz begründete Atimie, das Hauptgewicht gelegt hat, sondern auf das* μέρος τι, *was keineswegs treffend ist: denn des* εἰπεῖν ἐν τῷ δήμῳ, βουλεῦσαι *und* εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσιέναι *beraubt seyn, muss fur volle Atimie gelten; von dem aber, was für theilweise gelten kann, gehört das*

---

109) Pag. 271.

110) Docte totum hunc locum explicavit Lelyv. C. XLIII. Dignus est etiam, qui conferatur Herm. Staatsalterth. § 124. 8. Cf. etiam Mei. de Bon. Damn. p. 131 sqq.

γράψασθαι und ἐνδεῖξαι nicht unter die Atimie κατὰ προστάξεις. Wir können nicht anders als den Andokides einer unlogischen, wüsten Mischung anklagen. E disputatis satis iam apparuit, quid in his mutatum vellem. In universum autem auctor rem acu tetigisse videtur.

Ceterum perdifficile est de hisce rebus aliquid statuere, cum nulla mentio apud alios scriptores exstat. Attamen hoc notandum est: legitur h. l.: *οἷον οἱ ϛρατιῶται, οἷς, ὅτι ἐπέμειναν ἐπὶ τῶν τυράννων ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλ' ἦν ἅπερ τοῖς ἄλλοις πολίταις, εἰπεῖν δ' ἐν τῷ δήμῳ οὐκ ἐξῆν [αὐτοῖς] οὐδὲ βουλεῦσαι.* Tyranni qui h. l. dicuntur necessario sunt Quadringenti isti, de quibus Thucydides in fine operis. Sed non novi aliud exemplum, ubi hi *τύραννοι* dicti sint. Gravius vero est illud: quis istos milites infamia notavit? Num Quadringenti ipsi? haud sane probabile. Num factio Theramenis et aliorum, qui post quattuor menses oligarchorum imperium everterunt? Minime credam, ob Thucydidem, qui VIII. 93. tradit: *ξυνεχώρησάν τε ὥς' ἐς ἡμέραν ῥητὴν ἐκκλησίαν ποιῆσαι ἐν τῷ Διονυσίῳ περὶ ὁμονοίας.* In quo negotio quomodo Athenienses se gesserint, pergit tradere c. 97; atque subiicit hoc: *κοὐχ ἥκιϛα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γ' ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες.* Videtur igitur, minime esse verisimile, quod Andocides tradit; profecto non laudasset T. eos, qui talem sibi de adversariis vindictam sumsissent. Tandem non intelligitur, quales hi *ϛρατιῶται* fuerint. Certe BAKE v. cl. hac in re magnam difficultatem optime sensit.

Huic expositioni de Infamia Andocides statim addit: *ταῦτ' οὖν ἐψηφίσασθε ἐξαλεῖψαι πάντα τὰ ψηφίσματα.* Itane! Fueruntne *ἄτιμοι* omnes damnati *populi decretis?* Nam de Infamia ipsa aeque minus potest intelligi hoc vocabulum, cum de tali re *leges* essent, non *psephismata.* Praeterea in ipso Patroclidis psephismate, quod statim sequitur, nulla fit psephismatum mentio.

Sed operae pretium est paucis declarare, quid ipse sentiam de divisione infamiae; scilicet quam normam hac in re recentiores secuti sint, huius Capitis initio explicavi. Mihi autem de hac quaestione sic videtur. Missa gravi illa et extraordinaria infamia, qua Arthmius Zelites affectus est [111]), unica tantum infamiae species est Athenis, qua quis *ἀποστερεῖται ἁπάντων τῶν ἐν πόλει καὶ καθάπαξ ἄτιμος γίγνεται* [112]). Alienum est a meo proposito accurate tradere, quibus iuribus *ἄτιμος* iste privaretur, et quibus delictis lex hanc poenam instituisset. Potest cum hac infamia bonorum publicatio coniuncta esse, sed infamia tamen per se nihil inde mutatur.

Eadem prorsus infamia afficitur is, qui quaqua de causa *ὀφείλει τῷ δημοσίῳ*; etenim hoc non poenae erat, sed ut incitaretur ut citius solveret [98]). Quodsi quis post nonam prytaniam nondum solverit, duplicatur debitum, publicantur bona; si vendita bona mulctam solvendo sufficiunt, infamis iterum fit *ἐπίτιμος*; si quid superest, hoc ei redditur [84]).

Possumus quodammodo hanc *ἀτιμίαν* temporalem dicere, illam personalem. Duplex illud infamiae genus distinguitur etiam Dem. Tim. § 45. Cf. praeterea Poll. VIII. 122.

Praeterea nonnulli ita puniebantur ut quibusdam iuribus et privilegiis privarentur; sic v. c. accusatori, qui quintam suffragiorum partem non tulerat, amplius non licebat eandem actionem intendere, in ceteris autem rebus cum reliquis civibus pari iure gaudebat. An vero haec infamia dicta fuerit *ἀτιμία κατὰ πρόσταξιν*, valde dubito. Fusius autem haec enucleare omitto.

Legitur eadem, quam modo tractavi, § 76: *καὶ εἴ πού τι ἀντίγραφον ἦν.* Sed conferendus est Moeris v. *ἀντι-*

---

111) Dem. c. Philipp. III. § 42.
112) Dem. Mid. p. 87.

γραφα. Ed. Piers. p. 7: ἀντίγραφα, πληθυντικῶς Ἀττικῶς· ἀντίγραφον, ἑνικῶς Ἑλληνικῶς. Quem locum docta annotatione ornavit Piersonus.

Sed transeundum est ad Patroclidis psephisma, qua ἄτιμοι restituti sunt in integrum.

Pertinet hoc decretum ad Ol. XCIII. 4, archonte Alexia, factumque est brevi post pugnam ad Aegos flumen. Attigit rem Xen. Hell. II. 2. § 11.

Antequam vero meam qualemcunque opinionem de hoc psephismate profero, operae pretium est audire *Wachsmuthium*[113]), quam exscribam, etsi locus paullo longior sit.

Die Lesung des §§ 77—79 enthaltenen Psephisma, dem Andokides die Erklärung der Atimie vorausschickt, giebt nicht minder Stoff zu Bedenklichkeiten; es ist offenbar lückenhaft und zerrüttet. Die erste Art Atimie, wo es Zahlung gilt, wird darin angegeben bis zu den Worten εἰς τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, *die zweite aber, Atimie der* σώματα *wegen eines Vergehens, kommt darin gar nicht vor; die* κατὰ προστάξεις *bildet den Schluss von* καὶ ὅσα ὀνόματα *an; aber das Wort* ἢ προστάξεις *vor* ἢ ἐγγύαι *ist durchaus nicht an seiner Stelle; was soll das seyn:* προστάξεις — τινές εἰσι κατεγνωσμέναι? *In dieser Gegend also ist die Lücke, deren Ausfüllung auch die theilweise Atimie des* μὴ γράψασθαι *und* μὴ ἐνδεῖξαι *enthalten möchte.*

Paucis tantum de nostro psephismate videbimus, cum vela contrahenda sint et pauca quaedam excerpta abunde significare possint, quid velim.

Memini me supra dicere, hodie satis constare testimonia ista, leges, id genus alia, quae in Orationibus inserta leguntur, non addita fuisse ab ipsis Oratoribus aut aequalibus, sed a Grammaticis Alexandrinis, qui, ubi genuina documenta deficerent, ingenio et ex ipsius Oratoris verbis

---

113) Hell. Alterth. II. p. 199. not. 39 extr.

subinde talia supplebant. Nunc omnia repetere, quibus haec sententia nititur, neque opus est neque vacat. Sed operae pretium est, animadvertisse causam horum documentorum a fide ipsius Orationis prorsus esse diversam. Fieri enim potest, ut, cum Oratio spuria sit, tamen tale documentum genuinum sit. Tria genera autem distinguenda sunt:

1. Genuina documenta, quae Grammatici ex iisdem fontibus quibus ipsi Oratores petiverunt.

2. Ea documenta, quae genuina quidem sunt, sed alieno loco inserta.

3. Tandem ea, quae partim Grammaticorum ingenio debentur, partim ex ipsius Oratoris verbis conflata sunt [114]).

Plerumque autem ea documenta tum interpolata sunt, tum lacunosa: unde coniici potest quanta cautione in tali re opus sit.

Quod ad nostrum psephisma attinet, equidem lubens largiar genuinum esse, si mihi contra dabitur, illud documentum adeo esse corruptum, mutilum, interpolatum, lacunosum, ut nulli prorsus usui inservire possit. Nam praeter ea, quae Wachsmuthius iam dedit, haec annotavi.

Fieri potest ut Patroclides iste *κωμῳδῆται* ab Aristophane [115]).

εἴ τε Πατροκλείδης τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν,
οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοἰμάτιον ἀλλ' ἀνέπτατο.

Ad quem locum Scholiastes annotavit Patroclidem fuisse virum *πολιτικὸν καὶ λόγιον*: sed hoc incertum est.

In Ranis autem, quae eodem anno actae sunt, quo factum est Patroclidis psephisma, sed paullo ante, Chorus et alia utilia suadet et hoc [116]):

114) Talis fere est, si bene memini, divisio K. Fr. Hermanni, vid. not. 59.
115) Avv. 790.
116) Vspp. 692. Non puto huc trahi debere Harp. ap. Sluit. Lectt. And. p. 41.

εἶτ᾽ ἄτιμόν φημι χρῆναι μηδέν᾽ εἶν᾽ ἐν τῇ πόλει.
Quae sine dubio huc faciunt.

Psephisma initio mutilum est, ut horum documentorum pleraque [117]).

Initium autem sic audit: *ἐπειδὴ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι τὴν ἄδειαν περὶ τῶν ὀφειλόντων, ὥςε λέγειν ἐξεῖναι καὶ ἐπιψηφίζειν.* Quid haec verba significare *debeant*, non ignoratur [118]), sed obscure enunciatur; tum dicendum foret *περὶ τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ* [89]). Attamen non hi solum ex hoc psephismate *ἐπίτιμοι* facti sunt, sed etiam ceteri *ἄτιμοι*. Quae res, etiamsi Xenophon dubitationi locum vix relinquit, liquido constat e laudato Aristophanis loco. Sequitur, *ψηφίσασθαι τὸν δῆμον ταὖθ᾽ ἅπερ ὅτ᾽ ἦν τὰ μηδικὰ καὶ συνήνεγκεν Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸ ἄμεινον.* Quocum conferenda est nostrae Orationis § 107: *ὕςερον δ᾽ ἡνίκα βασιλεὺς ἐπεςράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, γνόντες τῶν συμφορῶν τῶν ἐπιουσῶν τὸ μέγεθος καὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως, ἔγνωσαν τούς τε φυγόντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι.* De quo loco *F. A. Wolf* [119]): „Quod Andocides de amnestia belli Persici temporibus „prodit, non publicum esse potuit, sed magis oratorium „est." Quod, ut valere fortasse possit de Andocidis loco, in psephismate tamen ineptum est. Frustra huius amnestiae mentionem quaesivit Lelyveldus p. 279; A. G. Beckerus [118]) laudat Herod. V. 62.; errore ni fallor; et Diod. Sic. XI. 29, quem huc non facere nihil attinet probare. Tandem Schneiderus [120]) contendit Plutarchum in Themistocle illam amnestiam memorare: nescio quem voluerit locum praeter Cap. XI., ubi legitur Themistocles *γράψαι ψήφισμα*

117) Oec. Civ. II. p. 199.

118) Dem. Tim. § 45. Böckh. Oec. Civ. I. p. 422. Imperite locum vertit A. G. Beckerus pg. 177.

119) Ad Dem. Lept. § 11. p. 275. Ed. Brem.

120) Ad Xen. Hell. II. 2. § 11.

τοῖς ἐπὶ χρόνῳ μεθεςῶσιν ἐξεῖναι κατελθοῦσι πράττειν καὶ λέγειν τὰ βέλτιςα τῇ Ἑλλάδι μετὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν. Quod solum Aristidem spectat. Equidem hanc amnestiam commenticiam puto, neque hunc errorem miror in eo, qui § 107 scribere potuit, de qua vix opus est ut consulantur Interpretes.

Pergit autem Patroclides sic: περὶ δὲ τῶν ἐπιγεγραμμένων εἰς τοὺς πράκτορας ἢ τοὺς ταμίας τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν ἢ τὸν βασιλέα. Quo pertinet δὲ particula? Tum nesciebam *Regem* talium rerum curam habere.

In universum autem observandum est, nullum in hoc decreto esse sententiarum vinculum: ἀπόδοσις enim desideratur in fine § 78. Exstat ibidem, καὶ ὅσων εὐθῦναί τινές εἰσι κτέ. Locum egregie explicabit Böckh. Oec. Civ. I. p. 206. Sed in praecedenti § legitur, ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν ἢ ὀφείλοντες; mira oppositio, quasi vero ὀφείλοντες non essent ἄτιμοι.

Verum ad alia transibo: fastidium enim parit et nauseam in talibus sordibus volutari, quas aegre video ab acutulis defendi et explicari scilicet. Hoc tantum notabo, ne ignorasse videar: ἢ ἄλλο τι περὶ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πραχθέντων ἐςί που γεγραμμένον. Cf. Böckh. Oec. Civ. II. p. 202. Mox sequitur ἢξ Ἀρείου πάγου ἢ τῶν ἐφετῶν ἢκ πρυτανείου κτέ. Mutuatus hoc est Orator e lege Solonis apud Plut. Sol. 19. [121]).

§ 81. restituenda est genuina Attica forma Πειραιῶς. Paullo post legitur: δόξαντα δ' ὑμῖν ταῦτα εἵλεσθε ἄνδρας κ'. De hac locutione vid. Interprett. ad Xen. Hell. III. 2. 19. et Anab. IV. 1. 13. Equidem eam Atticam esse credam, quando exempla reperta erunt, ubi v. c. pro ἐνὸν, ἐξὸν legitur ἐνόντα, ἐξόντα.

---

121) Bake Schol. Hyp. III. 112. Th. Bergk. post Andoc. Oratt. Ed. Schiller. Sluit. Lectt. Andocid. p. 131 sqq.

Non ferendum est τὸ ἀνακόλουθον in sequenti §, quod facillima ratione sic solvere poterimus: ἐπειδὴ δὲ βουλὴν ἀπεκληρώσατε νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὕρισκον τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τῶν Δράκοντος πολλοὺς ὄντας, οἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν τῶν πρότερον ἕνεκα γενομένων, καὶ ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐβουλεύσασθε περὶ αὐτῶν. Horum vigintivirorum fuere praeter Nicomachum [122]), etiam Xenotimus [123]) et fortasse Lacritus [124]).

Sequitur statim Tisameni psephisma, cuius sane causa multo melior est quam Patroclidis psephismatis. Nec tamen dimittere possum sine aliqua animadversione.

De nostro psephismate dignissimus est qui conferatur *Fr. A. Wolf*, Prol. ad Dem. Lept. p. cxxix. Eundem nostrum Tisamenum tangi putat, Lys. c. Nicom. § 28.; e quo loco patet etiam Tisamenum e vigintivirorum numero fuisse. Conferantur praeterea scholia ad Arist. Acharn. vs. 603 et Avv. vs. 31.

Pugnare autem nonnullis [125]) visa sunt psephismata Tisameni et Dioclis apud Dem. Tim. § 42. Vix puto. Scilicet Dioclis lex sic explicanda videtur: *cur* Diocles suam legem proposuerit, non opus est repetere post disertam explicationem ipsius Demosthenis sequenti §. Nihil aliud voluit sancire nisi hoc: in posterum omnibus legibus adscribendum est, eas vigere a quo die perlatae sunt; idem hoc γραμματεύς adscribat iis legibus, quae post Euclidem perlatae sunt, nisi contrarium in lege ipsa statuatur; tandem: vigent omnes eae leges, quae sub Euclide factae sunt et eae, quae ante Euclidem, h. e. ut unusquisque

---

122) Cf. Vermooten Weyers, dissert. de Lys. Nicom. Bergk. post Andoc. Ed. Schiller.

123) Isocr. Callim. § 11. Scheibe, die oligarchische Umwälzung zu Athen, p. 150.

124) Ps. Plut. Vitt. X. Oratt. Isocr. p. 837 D. K. Fr. Hermann, über Gesetz, Gesetzgebung u. gesetzgebende Gewalt. Göttingen 1849. p. 50. not. 198.

125) Mei. de Bonn. Damn. p. 71. n. 233. Herm. Staatsalterth. § 169. 10.

facile supplebat, quot a nomothetis e Tisameni psephismate probatae erant. Nec spernenda est Petiti suspicio [126]), ex hac Dioclis lege adiici, § 96. nostrae Orationis in Demophanti psephismate: *ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ Φ' οἱ λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευεν.*

Etiam hoc Tisameni psephisma initio mutilum est.

Notabo admodum pauca, cum mihi non satis constet, utrum genuinum sit nec ne.

Sub ipsum initium legitur: *Τισαμενὸς εἶπε, πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια.* Debuisset *τοὺς Ἀθηναίους.* Mox pergit *ὁπόσων δ' ἂν προσδέῃ, οἵδε ᾑρημένοι νομοθέται ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀναγράφοντες ἐν σανίσιν ἐκτιθέντων πρὸς τοὺς ἐπωνύμους.* Solus Cod. A. vestigium verae lectionis servavit: *ἀναγράφοντας*, lege *ἀναγραφέντας.* At BAKE v. cl. mavult *ἀναγράψαντας.*

Nullam vero aptam interpretationem admittunt haec: *τοὺς δὲ παραδιδομένους νόμους δοκιμασάτω πρότερον ἡ βουλὴ καὶ οἱ νομοθέται οἱ πεντακόσιοι, οὓς οἱ δημόται εἵλοντο.* Etenim non urgeo, solitum nomothetarum numerum fuisse MI, quod notarunt VV. DD. [127]); sed mihi incredibile videtur, eos suffragio fuisse creatos, cum nomothetae ex heliastarum collegio sorte duci solerent. Neque transpositione res salva erit; tentarunt enim [128]): *ἡ βουλὴ οἱ Φ' καὶ οἱ νομοθέται*; vigintiviri enim isti, etiamsi a toto populo electi fuisse videntur § 82, diserte a Senatu nominati esse dicuntur in ipso psephismate.

De Areopagi cura conferendus est K. Fr. Hermann, Staatsalterth. § 109. n. 8—12.

126) Legg. Att. pg. 195.

127) F. A. Wolf, Prolegg. ad Dem. Lept. p. CXXVIII.

128) Petit. Legg. Att. pg. 174.

Quam vero legem Andocides laudat § 85. explicabit Petitus Legg. Att. pg. 191.

Sed sequentis § initium conclamatum est; non placet Sluiteri [129]) ratio: etiam ceteri nihil attulerunt, quod certum sit.

Finis § 86. sic audit: *ἐπειδὴ τοίνυν ἑωρῶμεν ὅτι πολλοῖς τῶν πολιτῶν εἶεν συμφοραὶ, τοῖς μὲν κατὰ νόμους, τοῖς δὲ κατὰ ψηφίσματα τὰ πρότερον γενόμενα, τουτουσὶ τοὺς νόμους ἐθέμεθα, αὐτῶν εἵνεκα τῶν νυνὶ ποιουμένων, ἵνα τούτων μηδὲν γίνηται μηδὲ ἐξῇ συκοφαντεῖν μηδενί.* Legendum videtur: *κατὰ ψηφίσματα πρότερον γενόμενα* et *ἵνα τούτων μηδὲν ἐγγίνηται μηδὲ ἐξῇ κτέ.*

Quae leges leguntur § 87, laudat et interpretatur ipse Demosthenes, Aristocr. §§ 86 et 87. et Timocr. §§ 45, 56 et 59. Verum neminem fugiet, quam contorte dictum sit § 88; vix patet quo illud *τῶν δὲ δημοσίων* referendum sit aut quid significet: quis enim dicet, quid sibi velit *δημόσια συμβόλαια*?

Qua medicina modo sanare conatus sum § 83, eadem opus videtur § 89, ubi legitur: *ὁπότ' οὖν ἔδοξεν ὑμῖν δοκιμάσαι μὲν τοὺς νόμους, δοκιμάσαντες δ' ἀναγράψαι.* Cod. A. pro *δοκιμάσαντες* habet *δοκιμάσαντας*: legendum videtur *δοκιμασθέντας.*

In iureiurando, quod legitur § 90. cum Schneidero [130]) legendum est *πλὴν τῶν λ' καὶ τῶν ια' καὶ τῶν ι'.*

Laudatur ibidem fragmentum iurisiurandi, quod Heliastae praestare debebant: notandum tamen est in Heliastarum iureiurando, quod servatum est Dem. Tim. § 149 hoc non exstare. Sed fatendum, hoc documentum multis de causis suspectum videri.

---

[129]) Lectt. Andocid. p. 135. Forte § 89 emendandi viam monstrare poterit: *ἐνταυθοῖ ἐστιν ὅ τι ὑπολείπεται κτέ.*

[130]) Ad Xen. Hell. II. 4. § 38. Sluit. Lectt. Andocid. p. 136.

Transgreditur iam Andocides ad criminandos ipsos accusatores: qua de re paucis absolvi potest, cum harum rerum magna pars ignoretur.

Primo loco nominatur Cephisius, de quo § 92: *Κηφίσιος μὲν οὑτοσὶ πριάμενος ὠνὴν ἐκ τοῦ δημοσίου, τὰς ἐκ ταύτης ἐπικαρπίας τῶν ἐκ τῇ γῇ γεωργούντων ἐνενήκοντα μνᾶς ἐκλέξας, οὐ κατέβαλε τῇ πόλει καὶ ἔφυγεν.* Sluitero [131]) concedi potest locum corruptum esse, sed gravius in eo peccatum est, quam illi videbatur.

Nempe de agris semper dicitur *μισθοῦν* et *μισθοῦσθαι*, de ceteris solummodo reditibus *ὠνεῖσθαι* et *ὠνὴν πρίασθαι* [132]). Fateor tamen Böckhium [133]) difficultatem ingeniose solvisse, sed mihi non plane satisfacit.

Porro memorabile est sequenti § 93 utrumque legi, *δεῖν εἰς τὸ ξύλον* et *ἐν τῷ ξύλῳ*. Verba autem, *ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχε κυρίαν εἶναι τὴν βουλήν, ὃς ἂν πριάμενος τέλος μὴ καταβάλῃ, δεῖν εἰς τὸ ξύλον*, confirmabit Dem. Tim. § 144. Sequentia turbata sunt et sic legi debent: *οὗτος τοίνυν ὅτι ἐψηφίσασθε τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος κτέ.*; porro eiiciantur *ὅτι τοῖς νόμοις τοῖς νῦν κειμένοις χρῆσθε.*

De Meleto et Leonte quod dicendum haberem, iam praeripuerunt alii [134]), sicuti et de insidiatoribus [135]).

Epicharen non novi: sed aliud quid est, quod, etsi falsum esse probare non possum, mihi non videtur esse verisimile: lex enim laudatur haec: *ὃς ἂν ἄρξῃ ἐν τῇ πόλει τῆς δημοκρατίας καταλυθείσης, νηποινὶ τεθνάναι, καὶ τὸν ἀποκτείναντα ὅσιον εἶναι καὶ τὰ χρήματ' ἔχειν τοῦ ἀποθα-*

---

131) Lectt. Andocidd. p. 138.

132) Böckh. Occ. Civ. I. p. 122 et 359.

133) Ibid. p. 326.

134) Luz. de Socr. Civ. p. 130 sq. A. G. Becker, Andocid. pg. 30. n. 102. Clint. F. A. XXXV. ibique Krüg.

135) Petit. Legg. Att. p. 462. Mei. Att. Proc. p. 312. Schöm. Antiqq. p. 290.

νόντος. Cuius poenae exempla non memini; et praeterea aliud quid statuitur in Demophanti psephismate [136]).

Sed Andocides recitare iubet Solonis legem: sequitur tamen psephisma Demophanti. Meierus [137]) difficultatem sic componere conatur, statuens oratores Solonis nomine saepe fuisse abusos, ut quempiam legislatorem indicarent. Schellingius [138]) Solonis legem statuit excidisse: quam sententiam etsi nonnulla habeat, quibus commendetur, tamen probare nequeo.

Demophanti *psephisma* dici non posse *legem* perspicuum est: attamen § 99 sequitur: *πότερον κύριος ὁ νόμος ὅδ' ἐςὶν ἢ οὐ κύριος;* aut ego fallor aut Orator, quisquis fuerit, recitari voluit Solonis legem; sed sive Grammaticorum inscitia sive ob penuriam monumentorum insertum fuit Demophanti psephisma in eandem sententiam latum.

Meierus optimo iure psephisma assignat Ol. XCII. 3. Non dubito genuinum esse [139]). De locutione *ἄρχει χρόνος* iam diximus [140]). Porro notandum est, nostrum psephisma esse e paucissimis illis, quorum praescriptiones Codices integras servarunt [59 et 117]).

Genuina Attica dictio restituenda est § 100, ubi legitur: *εἶτα σὺ περὶ ἑταιρείας ἐμοὶ μνείαν ποιεῖ καὶ κακῶς τινὰς λέγεις*. Vocabulum *ἑταιρεία* notavit Harpocration; sed lege: *κακῶς τινα λέγεις*. Exquisitus usus huius pronominis nemini ignotus est, qui Aristophanem perlegerit.

Etiam § 101 duo vitia tolli debent: nempe *ἐληΐσω*, quod Ionicum est [141]), ibi legitur pro *ἐλῄσω*; mox legimus *δο-*

---

136) Cf. etiam Böckh. Oec. Civ. I. p. 426. n. 382.
137) De Bonn. Damn. init.
138) De Solonis Legibus, Berol. 1842. p. 8.
139) Conferri possunt Dem. Lept. § 159. Lyc. Leocr. § 127.
140) Cf. n. 126. Porro Mei. de Bonn. Damn. 9. n. 19. Vat. p. 33.
141) Cob. Orat. p. 92.

κεῖς οὖν χαιρήσειν ἢ οὐκ ἀποθανεῖσθαι ὡς ἕτεροι πολλοί; quae verba Charicles ad Andocidem dicere fingitur: eiiciendum est *ἢ οὐκ ἀποθανεῖσθαι*, adscriptum nempe ab aliquo, qui verbum *χαίρειν* h. l. explicare vellet, quod quid sit, Aristophanes quavis pagina docebit [142]).

§ 103. Idem iam quaestus est Andocides § 71; quod ideo memorabile, quia inde discimus quam corrupta Oratio ad nos pervenerit. Priore enim loco legitur *κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον*, atque sic recte, ex constanti usu; altero loco articulus omittitur. Mox plane contrarium obtinet in verbis: *κατὰ ψήφισμα πρότερον γεγενημένον.*

§ 104 accuratum lectorem non fugiet *ἕνεκα τῶν προτέρων γεγενημένων* furcellis esse expellendum; sicuti et *οἱ καταςήσουσιν αὐτῶν ἕκαςον εἰς ἀγῶνα*; in his additamentis enim non agnosco Atticam elegantiam, quam etsi nemo hucusque in Orationis auctore praedicaverit [143]), tamen adeo insulsas iterationes ei culpae vertere nolo.

Et tamen, fateor, haec critica omnia dubitanter propono. Si enim verum est, quod suspicor, etsi nunc nondum probare possum, nostram Orationem compositam fuisse a Rhetore quodam, qui de hoc ipso argumento antiquam orationem subinde imitabatur, quam Orationem, nihil impedit quominus genuinam illam, qua usus est Andocides, fuisse habeamus, horum errorum magna pars explicari poterit, sed simul cavebimus ne amplius nobis imponatur.

Nihil autem novi stultius aut imperiti Rhetoris *ληκύθοις* similius quam §§ 106—109. Ibi Andocides probare conatur Atheniensibus, tyrannis eiectis, decori fuisse, quod *ἔδοξε μὴ μνησικακῆσαι*, atque hoc quidem maiorum exemplis. Excitat duo et refert, quomodo se gesserint Athenienses,

---

142) V. c. Eqq. vs. 828. Plut. vs. 64.

143) Vide sis Sluit. Lectt. Andocidd. p. 3 sqq.

tum Pisistratidis superatis[144]), tum post bellum Persicum. Quid autem accidit, Pisistratidis devictis? Risum teneatis .... *κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν.* Atque talis ratiocinatio Valckenaeriis fraudi fuit!

Quae tradit Andocides de bello Persico iam attigi ad n. 119. Sed nunc operae pretium me facere existimo, si totum locum exscribo: *ὕςερον δ' ἡνίκα βασιλεὺς ἐπεςράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, γνόντες τῶν συμφορῶν τῶν ἐπιουσῶν τὸ μέγεθος καὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως, ἔγνωσαν τούς τε φυγόντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι* (cf. supr.) *καὶ κοινὴν τήν τε σωτηρίαν καὶ τοὺς κινδύνους ποιήσασθαι. πράξαντες δὲ ταῦτα, καὶ δόντες ἀλλήλοις πίςεις καὶ ὅρκους μεγάλους, ἠξίουν σφᾶς αὐτοὺς προτάξαντες πρὸ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἀπαντῆσαι τοῖς βαρβάροις Μαραθῶνάδε, νομίσαντες τὴν σφετέραν αὐτῶν ἀρετὴν ἱκανὴν εἶναι τῷ πλήθει τῷ ἐκείνων ἀντιτάξασθαι· μαχεσάμενοί τ' ἐνίκων, καὶ τήν τε Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν καὶ τὴν πατρίδ' ἔσωσαν. ἔργον δὲ τοιοῦτον ἐργασάμενοι οὐκ ἠξίωσάν τινι τῶν πρότερον γενομένων μνησικακῆσαι. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα τὴν πόλιν ἀνάςατον παραλαβόντες ἱερά τε κατακεκαυμένα τείχη τε καὶ οἰκίας καταπεπτωκυίας, ἀφορμήν τ' οὐδεμίαν ἔχοντες, διὰ τὸ ἀλλήλοις ὁμονοεῖν τὴν ἀρχὴν τῶν Ἑλλήνων κατειργάσαντο καὶ τὴν πόλιν ὑμῖν τοιαύτην καὶ τοσαύτην παρέδοσαν.*

Nihil opus est addere expositioni, quam in ludo litterario fecisse nos puderet.

Quid vero, si § 109 et eorum ipsorum oblitus est, quae paullo ante tradidit: *ἠξιώσατε γάρ*, inquit, eiectis tyrannis, *τούς τε φεύγοντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι*, alterum vero dixit § 80, Athenienses a

---

144) Non poenitebit consuluisse Vaterum pg. 12.

Lacedaemoniis coactos fecisse post captas Athenas a Lysandro.

Haec fere sunt, quae de hac altera parte nostrae Orationis annotaverim. Fuit haec omnium gravissima, quare fusius paululum tractanda fuit. Universo loco errores inesse gravissimos, ita ut vel utrumque bellum Persicum confundatur, obtinui, ni fallor. Vel ob hoc solum Rhetorum ἀκριςίας et ἀνιςορησίας Oratio erit exemplum maxime memorabile.

Verum propero ad ultimam partem disputationis meae.



CAPUT IV.

ANDOCIDIS ORATIO DE MYSTERIIS.

§ 110 — fin.



Plura eorum, quae in hac ultima Orationis parte tractantur, hodie prorsus ignorantur: quod igitur in antecedentibus facere constitui, ut scilicet ea quae Andocides tradit compararem cum iis, quae a ceteris afferuntur, paucis absolvi poterit. Nec tamen desunt, quae meam suspicionem confirmare videantur. Quorum magna pars iam ab aliis observata est; ita ut, si illi iam attulerunt, quod plane possim probare, lectorem ad eos ablegare satis sit. Quod enim valet de altera parte Orationis, nonnulla capita in Atheniensium antiquitate tota ab Andocide pendere, non adeo locum habet in fine Orationis. Sed qua ab initio argumentum meum tractavi ratione, pergamus.

Pergit Andocides exponere, quam calumniose Cephisius eum accusaverit, quod *ἱκετηρίαν* deposuisset in Eleusinio, quo tempore mysteria Eleusinia agerentur. Rem lege non licere, nusquam traditur; quin et vix verisimile est, tale quid Athenis fuisse constitutum. Nihili est enim quam le-

gis rationem fuisse pronunciat *Barthélemy* [145]). Sed tota narratio adeo turbata est, ut omnino intelligi nequeat. Neque multum tribuendum censeo iis, quae *Reiskius* ad hunc locum annotavit. Accuratius *Sluiterus* egit; sed quam proponit coniecturam p. 97. loco explicando non sufficit. Sed ipse Sluiterus p. 149. concedit locum esse turbatum et mutilum, eumque interpolare conatur.

Senatum habitum fuisse postridie Mysteriorum, verisimile fit e Dem. Mid. § 8. Quae vero reliqua traduntur usque ad § 116, tutius est omittere, quam dubia interterpretatione tentare [146]). Praeterquam quod locus explicari nequit, hucusque omnes concesserunt eum esse valde corruptum; sed operae pretium est annotare, eum esse praeterea supra quam possit dici ineptum. Nam, etsi non omnia liquido intelliguntur, satis tamen de sententia in universum potest iudicari. Exscribam igitur in huius rei fidem §§ 113 et 114. *Ἔλεξαν γὰρ οἱ κατήγοροι, εἰ μέμνησθε, ὅτι αὐτώ με τὼ θεὼ περιαγάγοιεν ὥςε θεῖναι τὴν ἱκετηρίαν μὴ εἰδότα τὸν νόμον, ἵνα δῶ δίκην, ἐγὼ δὲ, ὦ ἄνδρες, εἰ ὡς μάλιςα ἀληθῆ λέγουσιν οἱ κατήγοροι, ὑπ' αὐτοῖν μὲν φημὶ τοῖν θεοῖν σεσῶσθαι. εἰ γὰρ ἔθηκα μὲν τὴν ἱκετηρίαν, ὑπήκουσα δὲ μή, ἄλλο τι ἢ αὐτὸς μὲν* (Bake v. cl. corrigit *αὐτὸς ἐμαυτὸν* et mox *θεὶς τὴν ἱκετ.*) *ἀπώλλυον, τιθεὶς τὴν ἱκετηρίαν, ἐσωζόμην δὲ τῇ τύχῃ διὰ τὸ μὴ ὑπακοῦσαι, δῆλον ὅτι διὰ τὼ θεώ; εἰ γὰρ ἐβουλέσθην με ἀπολλύναι τὼ θεώ, ἐχρῆν δήπου καὶ μὴ θέντα με τὴν ἱκετηρίαν ὁμολογῆσαι, ἀλλ' οὔθ' ὑπήκουσα, οὔτ' ἔθηκα.*

Sed quae statim sequuntur genuina esse concedam, postquam mihi aliquis tolerabilem saltem sententiam inde extuderit. Requiro enim accuratiorem definitionem utrius-

---

145) Anachars. Chap. LXVIII. Tom. VII. p. 175. Bip. 1791.

146) De Eleusinio cf. Palm. Exercit. p. 658. Meurs Ceram. p. 42. Schöm. Antiqq. p. 216. 1.

que legis, quam Callias confundere arguitur; porro explicationem vocabulorum κηρύκων ὧν οὐχ ὅσιον; VV. DD. enim coniecturae non satisfaciunt. Porro non intelligitur, quomodo Andocides praeterire potuerit poenam Calliae: hoc ei saltem impune non poterat esse: καταφανὴς ἦν τῇ βουλῇ αὐτὸς θεὶς τὴν ἱκετηρίαν. Tandem sicuti factum narratur apud Andocidem, Callias non solum impie egit sed etiam stulte ut nihil supra; nam ne intelligitur quidem quomodo finem suum assequi *potuisset.* Nemo enim mirabitur, quod legitur § 112: κᾆθ' ὁ κῆρυξ ἐκήρυττε τίς τὴν ἱκετηρίαν καταθείη, καὶ οὐδεὶς ὑπήκουεν; patet vero e § 114. ὑπακούειν hoc sensu idem esse quod ὁμολογεῖν.

Sed aliud quid notandum est § 121, ubi legitur: ταῖς δ' εἰκάσι μυστηρίοις τούτοις, δοὺς Κηφισίῳ χιλίας δραχμὰς ἐνδείκνυσί με καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον καθίστησιν. Mille drachmae probabiliter datae fuere Cephisio, ne quid periclitaretur, si quintam suffragiorum partem non tulisset. Sed quaero, num tempore Eleusiniorum mysteriorum actionem instituere licitum fuerit; quod negandum videtur ob Dem. Mid. § 10 sqq., ubi traditur, quid aliis festis diebus legis fuerit. Accedit quod Eleusinia celebrari solebant d. XV m. Boedrom.: sextus autem dies ceteris etiam erat solemnior: censendus igitur est eo ipso die, XX^mo scil. m. Boedrom. Cephisius instituisse actionem [147]).

Statim sequitur: ἐπειδὴ δ' ἑώρα με ὑπομένοντα, τίθησι τὴν ἱκετηρίαν, ὡς ἐμὲ μὲν ἀποκτενῶν ἄκριτον ἢ ἐξελῶν, αὐτὸς δὲ πείσας Λέαγρον χρήμασι συνοικήσων τῇ Ἐπιλύκου θυγατρί. Imperite dictum est.

Ceterum τῷ Καλλίου νόθῳ [148]) nomen videtur fuisse Protarchus [149]).

---

147) Barthel. Anach. VII. pp. 174 et 180.
148) Metag. ap. Schol. Arist. Vespp. vs. 1221.
149) Vater. p. 44.

§ 124. legitur: *ταύτῃ δὲ συνοικήσας οὐδ' ἐνιαυτὸν τὴν μητέρ' αὐτῆς ἔλαβε, καὶ συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρὶ, ἱερεὺς ὢν τῆς μητρὸς καὶ τῆς θυγατρός.* Similem frigidam iterationem iam notavi ad § 17. Dignus est, qui de h. l. conferatur Cob. v. cl. in Prosop. Xen. p. 68.

§ 127. etiam hoc legitur: *ἐψηφίσαντο δὲ οἱ κήρυκες κατὰ τὸν νόμον, ὅς ἐστιν αὐτοῖς, τὸν πατέρα ὀμόσαντα εἰσάγειν, ἦ μὴν υἱὸν ὄντα ἑαυτοῦ εἰσάγειν.* Vix Lysias, ut hoc utar, sic locutus fuisset.

Hucusque Orator in hoc de Callia episodio satis sibi constitit. Sed § 128 obliviscitur, Calliam non petivisse Epilyci filiam *sibi*, sed Protarcho [150]). Qua de re ne quis dubitet exscribam hunc locum: *Φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, σκεψώμεθα, εἴ πω ποτε ἐν τοῖς Ἕλλησι πρᾶγμα τοιοῦτον ἐγένετο, ὅπου γυναῖκά τις γήμας ἐπέγημε τῇ θυγατρὶ τὴν μητέρα καὶ ἐξήλασεν ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα· ταύτῃ δὲ συνοικῶν βούλεται τὴν Ἐπιλύκου θυγατέρα λαβεῖν, ἵν' ἐξελάσῃ τὴν τήθην ἡ θυγατριδῆ* [151]). Quocum confer § 124: *ἀλλὰ γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ᾧ λαχεῖν ἠξίωσε τῆς Ἐπιλύκου θυγατρὸς, σκέψασθε πῶς γέγονεν καὶ πῶς ἐποιήσατ' αὐτόν.*

De Callia accurate egit Sluit. p. 94. et Cob. Prosop. Xen. p. 67 sqq.

Mirum autem mihi accidit, rei turpitudinem Comicorum censuram effugisse; apud Aristophanem certe, cuius aliquot fabulae supersunt integrae, eo ipso tempore doctae, quo haec Athenis sermonibus vulgi agitata fuisse necesse est, horum omnium nihil.

Verum praestat, missis ambagibus, quid suspicer, indi-

---

150) Non Hipponico, uti male Sluit. p. 95.

151) Hanc et sq. § explicabit Andocidis stemma apud Schillerum, Vaterum, Droysenium.

care; iudicent peritiores. Totam narratiunculam ex obscura rei fama pro modulo ingenii ornavit Rhetor quidam: fontes autem unde hausit sunt hi: Heraclides Ponticus et auctor, quem exscripsit Nepos in Vit. Cim., sive iste fuerit Plut. in Vit. Cim. 4, sive alius quidam. Nemo ignorat, ibi tradi, Calliam quemdam perdivitem solvisse mulctam, quae imposita erat Miltiadi ob crimen Parium, quaeque ad Cimonem filium transierat, ea conditione ut Elpinicen in matrimonio haberet. Quod tamen non pertinet ad nostrum Calliam, sed ad eius avum. Haec fuit, opinor, origo unius partis narratiunculae apud Andocidem; alterius partis fons cognoscitur ex Heraclide Pontico [152]): *ἀλλ' ὅμως εἰς τοσοῦτον αὐτὸν περιέστησεν ὁ περὶ ἡδονὴν βίος, ὥστε μετὰ γραϊδίου βαρβάρου διατελεῖν ἠναγκάσθη, καὶ τῶν ἀναγκαίων τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεὴς γενόμενος, τὸν βίον ἐτελεύτησεν.* Quo loco et alia multa de Calliarum genere exponuntur.

Sequitur § 130, ubi legitur: *εἰ γὰρ μέμνησθε, ὅθ' ἡ πόλις ἦρχε τῶν Ἑλλήνων καὶ εὐδαιμόνει μάλιστα, Ἱππόνικος δ' ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων, τότε μέντοι πάντες ἴστε κτἑ.*

Quae hic de Callia traduntur, ad eum non pertinent, sed ad avum cognominem, ut iam alii observarunt [153]). Patet vel ex vocabulis, *ὅθ' ἡ πόλις ἦρχε τῶν Ἑλλ.* Hoc enim tempus iudices Ol. XCV. 1. recordari non poterant.

§ 131. *πῶς οὖν ἡ Φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι;* ni fallor *ποῖ οὖν κτἑ.* legendum est.

Verum operae pretium facere existimo, si sequentem § integram exscripsero: *Ἀλλὰ γὰρ, ὦνδρες, διὰ τί ποτε τοῖς ἐμοὶ νυνὶ ἐπιτιθεμένοις μετὰ Καλλίου καὶ συμπαρασκευάσασι τὸν ἀγῶνα καὶ χρήματα εἰσενεγκοῦσιν ἐπ' ἐμοὶ, τρία μὲν ἔτη ἐπιδημῶν καὶ ἥκων ἐκ Κύπρου, οὐκ ἀσεβεῖν ἐδόκουν αὐτοῖς.* Quid huc facit: *καὶ ἥκων ἐκ Κύπρου?* Tum ul-

---

152) Ap. Athen. XII. p. 537.

153) Cf. A. G. Becker, p. 196. et quos hic laudat.

timum vocabulum *αὐτοῖς* expungendum videtur aut saltem otiosum est.

Mox sequitur: *λειτουργεῖν οὗτοί [με] προὐβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστείοις, ἔπειτ' ἀρχιθεωρὸν εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων.* De hoc loco Böckh. [154]) contendit Andocidem minus accurate fuisse locutum cum *ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων* non *ἐχειροτονεῖτο* neque igitur *προὐβάλλετο* [155]). Verum et alia accuratius indaganda sunt. Thrasybulus in urbem rediit d. XII. m. Boedrom. Ol. XCIV. 2. [156]). Paullo post sub hiemem Andocides Athenas rediit, ut patet ex § 137. Eodem anno *γυμνασίαρχος* fuit, Hephaestea enim celebrabantur probabiliter sub finem anni [157]). Anno sequenti, scil. Ol. XCIV. 3. fuit *ἀρχιθεωρὸς εἰς Ἰσθμόν*; Isthmia enim primis et tertiis Olympiadum annis agebantur [158]). Interiecto vero uno anno, Ol. XCV. 1. *ἀρχιθεωρός* fuit *Ὀλυμπίαζε* mense Hecatombaeone; acta sunt Eleusinia mense Boedromione. Mox autem causa de Mysteriis dicta est ob § 32 [159]): finguntur enim ibi hospites adhuc adesse Mysteriorum causa.

Haec Oratio nostra efflagitat: verum superest difficultas quaedam; sicuti has *λειτουργίας* definivimus, Andocides *χορηγεῖ* per duos annos continuos. Nemo autem *λειτουργεῖν* cogebatur nisi *ἔτος διαλιπών* [160]). Quodsi vero has *λειτουργίας* sponte susceperit, non video, quidni hoc iudicibus in memoriam revocaverit.

---

[154]) Oec. civ. I. p. 174.

[155]) Hoc quid sit, vide ap. Schöm. de Comm. p. 328.

[156]) Plut. de Gl. Athen. c. 7.

[157]) Clint. F. H. II. p. 335.

[158]) Cors. Diss. Agonn. p. 85.

[159]) Ultimum hoc debeo A. G. Beck., p. 28. Porro patet, quod est perquam memorabile, e Böckh. C. I. Tom. I. N°. 213, post Ol. XCIV. 2, Andocidem νενικηκέναι Διονύσια παισίν.

[160]) Dem. Lept. § 8.

Sequentem § de Agyrrhio [161]), docta explicatione ita ornavit Böckh. [162]), ut nihil fere addendum habeam. Agyrrhius dicitur ἀρχώνης γενέσθαι τῆς πεντακοστῆς τρίτον ἔτος: igitur Ol. XCIV. 3; et Andocides Ol. XCIV. 4, ultimo videlicet ante accusationem. Recte Böckh. alii eiecerunt putidum glossema, ὡς πολλοῦ ἄξιον. Quod vero ille coniicit κερδάναντες δὲ ἓξ τάλαντα, de eo potest dubitari [163]). Etenim reditus unoquoque anno non erat idem; quin et credi poterat multum auctum iri, quum in dies magis Athenae ad tranquillitatem redirent.

Quae Andocides dicit § 136; turbata sunt et imperite dicta. Partim iterantur § 149 [164]).

Neque magis placet § 137; vix enim mihi persuaderi patiar, Athenienses tunc temporis talia sine risu audire potuisse. Et tamen fieri potest ut iniustus sim erga Oratorem: § 139 enim arte non caret.

Attingit Andocides § 141—143 maiorum res gestas, quas nemo Vatero melius tractavit: verum argumentatio Andocidis inepta est et schola rhetorica perdigna. Quod magis etiam fiet perspicuum, si quis mihi consulit περίφρασιν Reiskianam.

Leve est quod correctum velim § 144: legitur ἔπειτα δὲ καὶ βίον εἰργασάμην ἐκ τοῦ δικαίου τῇ γνώμῃ καὶ ταῖν χεροῖν ταῖν ἐμαυτοῦ. Lege cum Cod. Z: τὸν βίον εἰργασ.; tum restitue genuinam Atticam formam τοῖν χεροῖν τοῖν ἐμ. Porro vereor, ut sequentia bene iungantur; recte correctum est γεγένηνται pro γεγένηται.

§ 146. De Cleophonte iuvabit contulisse Mei. de Bonn. Damn. p. 218. n. 211.

---

161) Cf. de eo Schöm. de Comm. p. 65.
162) Böckh. Oec. civ. I. p. 338 sqq.
163) Mecum sentit Bake v. cl. in Scholl. Hypp.
164) Vidit hoc iam Reisk. ad § 149.

Ultima pars § 147 vix bene cohaeret.

Sequenti §: μὴ τοίνυν περὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἐπιλάθησθε. Eiice: περί.

Tandem Andocides Orationi hunc finem imponit: Δεῦρο Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ Φυλέται οἱ ᾑρημένοι μοι συνδικεῖν, Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι. De Anyto cf. Herm. Staatsalterth. § 169. 1; de Cephalo [165]), Ruhnk. Hist. C. O. G. p. XLI; tandem pro Θράσυλλος, lege Θράσυλος [166]).

E superioribus apparuit, opinor, historiam et antiquitatem in nostra Oratione saepius perperam tradi. Quod quin eadem ratione probari possit de ceteris Andocidis Orationibus, non dubito, idque lubens occasione data pro viribus ostendam, postquam VV. DD. sententias de his studiorum primitiis cognovero. Enixe autem rogo ne severius iudicent de tali opere, quod studiorum specimen exhibet, non doctrinae ostentationem; quodque ita perpolire non potui, ut dignum sit, quod severe examinetur. Porro videant, ut cum Sluitero [167]) loquar, quid a iuvene viginti annorum et unius, quo aetatis anno eram quum maiorem huius libelli partem conscriberem, iure possit exspectari. In hoc autem studiorum genere semper observandum duco Q. Ciceronis illud [168]): ἐπιχαρμεῖον illud teneo: nervos atque artus esse sapientiae: *non temere credere.*

---

165) Diverso sine dubio a Lysiae patre. Ps. Plut. Vitt. X. Oratt. vit. Lys. init. Tangitur etiam § 115 nostrae Orationis.

166) Cob. Orat. de A. 1. p. 133.

167) Lectt. Andocid. Praef. XVII.

168) De Petit. Consul. § 30.

THESES.

I.

Hesiod. Theog. vs. 521:

Δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον
δεσμοῖς ἀργαλέοισι μέσον διὰ κίον' ἐλάσσας.

Lege: *ἀφυκτοπέδῃσι.*

Cf. Suid. *ἄλυκτος· ὃ οὐ δύναταί τις φεύγειν.*

II.

Aesch. Pers. vs. 218:

τὰ δ' ἀγάθ' ἐκτελῆ γενέσθαι σοί τε καὶ τέκνοις σέθεν
καὶ πόλει φίλοις τε πᾶσι.

Lege: *τέκνῳ σέθεν.*

III.

Aesch. Pers. vs. 532 sic restituendus est:

ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, νῦν δὴ Περσῶν.

IV.

Aesch. Suppl. vs. 740:

θάρσει, μαχοῦνται περὶ σέθεν, σάφ' οἶδ' ἐγώ.

Repone Atticam locutionem: *σάφ' οἶδ' ὅτι.*

V.

Aesch. Agam. vs. 985:

χρόνος δ' ἐπεὶ
πρυμνησίων συνεμβόλοις
ψαμμίας ἀκάτας παρή-
βησεν, εὖθ' ὑπ' Ἴλιον
ὦρτο ναυβάτας ϛρατός.

Lege: ψαμμίας τ' ἀκτᾶς; sed vel sic tamen locus nondum persanatus videtur.

VI.

Aesch. Agam. vs. 1261:

ὡς δὲ φάρμακον
τεύχουσα κἀμοῦ μισθὸν ἐνθήσει κότῳ.

Lege: ἐνθήσει κύτει.

VII.

Aesch. Agam. 1529:

μηδὲν ἐν Ἅιδου μεγαλαυχείτω
ξιφοδηλήτῳ
θανάτῳ τίσας ἅπερ ἦρξεν.

Lege: ἅπερ ἔρξεν.

VIII.

Soph. Ai. vs. 698:

σημήνατε
μέλειν μὲν ἡμῶν, εὐνοεῖν δ' ὑμῖν ἅμα.

Cod. Med. ὑμῶν ἅμα. γρ. ὑπέρμεγα.
Corrige: ὑμῶν μέτα.

IX.

Soph. Ai. vs. 1245:

ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που
ἢ σὺν δόλῳ κεντήσεθ' οἱ λελειμμένοι.

Corr. οἱ λελιμμένοι. Cf. s. pl. Aesch. Sept. vs. 355 et 380.

X.

Soph. El. 324:

χορ. θάρσει· πέφυκεν ἐσθλὸς, ὥς' ἀρκεῖν φίλοις.
Ἠλ. πέποιθ', ἐπεί τἂν οὐ μακρὰν ἔζων ἐγώ.
χορ. μὴ νῦν ἔ τ' εἴπῃς μηδέν· ὡς δόμων ὁρῶ κτέ.

Coniicio: μὴ νῦν μ έ γ' εἴπῃς μηδέν.

XI.

Soph. Oed. Tyr. vs. 448:

εἰπὼν ἄπειμ' ὧν οὕνεκ' ἦλθον, οὐ τὸ σὸν
δείσας πρόσωπον. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ π ο υ μ' ὀλεῖς.

Lege, quod est vere Atticum: οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως μ' ὀλ.

XII.

Soph. Oed. Tyr. vs. 515:

εἰ γὰρ ἐν ταῖς συμφοραῖς
ταῖς νῦν νομίζει π ρ ό ς γ' ἐ μ ο ῦ πεπονθέναι
λόγοισιν εἴτ' ἔργοισιν εἰς βλάβην φέρον.

In Cod. Med. part. γ' est a sec. man. Rescribo:

ταῖς νῦν νομίζει τ ι π ρ ὸ ς ἐ μ ο ῦ π.

XIII.

Soph. Oed. Tyr. vs. 537:

φέρ' εἰπὲ πρὸς θεῶν δειλίαν ἢ μωρίαν
ἰ δ ώ ν τ ι ν' ἔν μοι ταῦτ' ἐβουλεύσω ποιεῖν;

Lege: ἰ δ ὼ ν τ ί ν' ἔν.

XIV.

Soph. Trach. vs. 141:

πεπυσμένη μὲν, ὡς ἀ π ε ι κ ά σ α ι, πάρει
πάθημα τοὐμόν·

Lege: ὡς σ ά φ' ε ἰ κ ά σ α ι. Cf. Oed. Col. vs. 16.

XV.

Soph. Philoct. vs. 338:

ἀμηχανῶ δὲ πότερον, ὦ τέκνον, τὸ σὸν
πάθημ' ἐλέγχω πρῶτον ἢ κεῖνον στένω.

Coniicio: *ἐλέγχω πρότερον ἢ κτέ.*

XVI.

Eur. Iph. Aul. vs. 530:

οὐκοῦν δόκει νιν στάντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις
λέξειν, ἃ Κάλχας θέσφατ' ἐξηγήσατο
κἄμ' ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι.

Violatur Pausa Porsoniana: legatur: *κᾆτ' ἐψευσάμην.*

XVII.

Arist. Lys. vs. 42:

τί δ' ἂν γυναῖκες φρόνιμον ἐργασαίατο
ἢ λαμπρόν, αἳ καθήμεθ' ἐξηνθισμέναι, κτέ.

Ionicam formam in *ατο* Aristophanes non usurpat, nisi in parodiis: itaque emendo: *φρόνιμον ἐργασαίμεθ' ἄν;*

XVIII.

Plat. Symp. p. 206 B.: Μαντείας, ἦν δ' ἐγώ, δεῖται ὅ τι ποτὲ λέγεις καὶ οὐ μανθάνω. Eiice putidum glossema: *καὶ οὐ μανθάνω.*

XIX.

Xen. Anab. I. 3. § 11.: Καὶ εἴτε μένομεν αὐτοῦ, σκεπτέον μοι δοκεῖ εἶναι, ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα μένωμεν· εἴτε δὴ δοκεῖ ἀπιέναι, ὅπως ὡς ἀσφαλέστατα ἄπιμεν, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἕξομεν. Emendandum est: *μενοῦμεν.*

XX.

Xen. Anab. I. 4. § 18.: Οἱ δὲ Θαψακηνοὶ ἔλεγον, ὅτι οὐ πώποθ' οὗτος ὁ ποταμὸς διάβατος γένοιτο πεζῇ, εἰ μὴ τότε, ἀλλὰ πλοίοις. Vocabula *ἀλλὰ πλοίοις* sunt magistelli cuiusdam additamentum.

XXI.

Antiph. de Caed. Herod. § 57: *Τίνος γε δὴ ἕνεκα τὸν ἄνδρ' ἀπέκτεινα; οὐδὲ γὰρ ἔχθρα οὐδεμία ἦν ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ. λέγειν δὲ τολμῶσιν ὡς ἐγὼ χάριτι τὸν ἄνδρ' ἔκτεινα* (lege *ἀπέκτεινα*). *καὶ τίς* (lege *καίτοι τις*) *πώποτε χαριζόμενος ἑτέρῳ τοῦτ' εἰργάσατο; οἶμαι μὲν γὰρ οὐδένα, ἀλλὰ δεῖ μεγάλην τὴν ἔχθραν ὑπάρχειν τῷ τοῦτο μέλλοντι ποιήσειν, καὶ τὴν πρόνοιαν ἐκ πολλῶν εἶναι φανερὰν ἐπιβουλευομένην. ἐμοὶ δὲ κἀκείνῳ οὐκ ἦν ἔχθρα οὐδεμία.* Eiice annotationem lectoris singula Oratoris argumenta sedulo annotantis: *οὐδὲ γὰρ ἔχθρα οὐδεμία ἦν ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ.*

XXII.

Paullo post § 59 legimus: *καὶ πολὺ ἂν δικαιότερον ἁλοίης τοῦ φόνου ἐμὲ ἀποκτείνας ὑπὸ τῶν ἐμοὶ προσηκόντων, ἢ ἐγὼ ὑπὸ σοῦ καὶ τῶν ἐκείνου ἀναγκαίων.* Similes ductus ΟΤ et CΤ induxerunt librarios in errorem; supple: *ἁλοίης τοῦ φόνου σὺ ἐμὲ ἀποκτ. κτέ.*

XXIII.

Lys. c. Agor. § 35: *ἐπειδὴ τοίνυν οἱ λ' κατεςάθησαν,* (lege *κατέςησαν*) *εὐθέως κρίσιν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐποίουν ἐν τῇ βουλῇ, ὁ δὲ δῆμος ἐν τῷ δικαςηρίῳ ἐν ,β ἐψηφίσατο.* Coniicio: *ἐψήφιςο.* Locum illustrabit Schöm. de Comm. p. 219 sq.

XXIV

Aesch. Tim. § 15: *Ἐάν τις ὑβρίζῃ εἰς παῖδα (ὑβρίζει δὲ δήπου ὁ μισθούμενος) ἢ ἄνδρα ἢ γυναῖκα, ἢ τῶν ἐλευθέρων τινὰ ἢ τῶν δούλων κτέ.* Eiice interpretamentum: *ὑβρίζει δὲ δήπου ὁ μισθούμενος.*

XXV.

Aesch. Ctes. § 195: Ἀρχῖνος γὰρ οὐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους ςεφανοῦν ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς καὶ εἷλε. Omnia a γράψαντα usque ad Φυλῆς eiicienda sunt. Cf. Ps. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 835 F.

XXVI.

Hegesipp. de Halonn. § 25. verba: τοῦτο μὲν οὖν παράνομον ἦν τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ Φιλοκράτους, καὶ οὐχ οἷόν τε ἦν τὸν τὰ ἔννομα γράφοντα ταὐτὰ τῷ παρανόμῳ ψηφίσματι γράφειν, eiicienda sunt; arguit vel usus temporis praeteriti.

XXVII.

Dem. Mid. § 11: Οὐ γὰρ ὅπως τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, ἢ τὴν παρασκευὴν, ἣν ἂν ἐκ τῶν ἰδίων πορίσαιτό τις εἰς λειτουργίαν, ᾤεσθε χρῆναι, ἀλλὰ καὶ τὰ δίκῃ καὶ ψήφῳ τῶν ἑλόντων γιγνόμενα, τῶν ἑαλωκότων καὶ κεκτημένων ἐξ ἀρχῆς τὴν γοῦν ἑορτὴν ἀπέδωκατ' εἶναι. Eiice: τὴν γοῦν ἑορτήν.

XXVIII.

Dem. Mid. § 56: ἐὰν μὲν καλέσῃ, ν' δραχμὰς, ἐὰν δὲ καθίζεσθαι κελεύσῃ, ,α ἀποτίνειν ἐτάξατε. Restitue: ἐπετάξατε.

XXIX.

Dem. Mid. § 74: ἐγὼ δ' ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος, ἕωθεν, ὕβρει κοὐκ οἴνῳ τοῦτο ποιοῦντος, ἐναντίον πολλῶν καὶ ξένων καὶ πολιτῶν ὑβριζόμην, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ καὶ οἷ πολλή μοι ἦν ἀνάγκη βαδίζειν χορηγοῦντι. Eiice ultimum vocabulum.

XXX.

Dem. Mid. § 146: *ἀλλ' ὅμως οἱ κατ' ἐκεῖνον ὑμέτεροι πρόγονοι οὐδενὸς τούτων αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς, ἀλλὰ ποιήσαντες φυγάδα ἐξέβαλον.* Eiice vocabula: *ποιήσαντες φυγάδα.*

XXXI.

Dem. Olympiod. § 35: *Ὃν μὲν τρόπον, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐξ ἀρχῆς διενειμάμεθα τὴν Κόνωνος οὐσίαν τὴν φανερὰν ἐγὼ καὶ Ὀλυμπιόδωρος, καὶ λόγῳ ἀκηκόατε καὶ μεμαρτύρηται ὑμῖν, καὶ ὡς οὗτος τὸ ἀργύριον ἔλαβε παρὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ οἰκέτου κτέ.* Eiice *τοῦ οἰκέτου.*

XXXII.

I. Poll. *η'* § 39: *ἡ δὲ παράστασις δραχμὴ ἦν, ἣν ὁ διώκων παρὰ διαιτητῇ προσεισέφερεν· ἀφ' ἧς ἴσως καὶ Πλάτων παραστήσασθαι εἰς κρίσιν εἴρηκεν ὃ προσκαλέσασθαι οἱ ῥήτορες.* Lege: *προεισέφερεν.*

XXXIII.

Cic. de Orat. III § 64: „Quare istos sine ulla contumelia dimittamus: *sunt* enim et boni viri, et quoniam sibi ita videntur, beati: tantumque eos admoneamus, ut illud cet." Corrigo: *sint* enim e. b. v.

XXXIV.

Cic. pro Quinct. XV § 49: „Etenim mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat: *vita turpis ne morti quidem honestae locum relinquit.*" Cicero scripsisse videtur: *vita honesta ne morti quidem turpi locum relinquit.*

XXXV.

Cicero pro Quinct. XXIII § 74: quis est, qui fraudationis causa *latuisse* dicat? Repono: *latitasse.*

XXXVI.

Cic. pro Quinct. XXIV § 77: „Quum cupidius instaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore durissimo esse, qui, praesente eo gestum agere conaretur: qui vero cum ipso contenderent, eos, etiamsi quid antea recti aut venusti habere visi *sunt*, id omittere." Legendum est: visi *sint*.

XXXVII.

Liv. XXX. 14: „Eo foediora haec videbantur Scipioni, quod ipsum in Hispania *iuvenem* nullius forma pepulerat captivae." Eiice vocabulum: *iuvenem*.

XXXVIII.

Liv. XXX. 25: „Nondum reverterant ab Roma legati, neque sciebatur, quae Senatus Romani de bello aut pace sententia esset; *necdum induciarum dies exierat*." Eiice ultima verba, repetita e Cap. praec.

XXXIX.

In Mahâbh. episodio dicto Nala, XXIV. 45:

गृहे भीमस्य नृपतेः परस्परसुखैषिणौ ।
वसेतां हृष्टसंकल्पौ वैदर्भी च नलश्च ह ॥

Coniicio: परस्परसुखै°

XL.

Hitôp. I. p. 23. ed. Lass. sl. 77:

दुर्जनः प्रियवादी च नैतद्विश्वासकारणं ।
मधु तिष्ठति जिह्वाग्रे हृदि हालाहलं विषं ॥

legendum videtur: प्रियवादीति नैतद्°